

praerogativam ex eo, quod diu usus est servitute, interdicto hoc uti potest.

§ 4.—Qui hoc interdicto usus est, de vitio operis cavere adversario debet.

6. PAULUS libro LXVI. ad Edictum.—Sicut non nocet ei, qui sine vitio usus est, quod eodem anno vitiose usus est, ita emptori heredique non nocet, quod ipsi vitiose usi sunt, si testator venditorve recte usi sunt.

7. CELSUS libro XXV. Digestorum.—Si per fundum tuum nec vi, nec clam, nec precario comaevit aliquis, non tamen tanquam id suo iure faceret, sed, si prohiberetur non facturum, inutile est ei interdictum de itinere actuque; nam ut hoc interdictum competat, ius fundi possedissem oportet.

### TIT. XX [XIX]

#### DE AQUA QUOTIDIANA ET AESTIVA

1. ULPIANUS libro LXX. ad Edictum.—Ait Praetor: UTI HOC ANNO AQUAM, QUAE DE AGITUR, NON (1) VI, NON (2) CLAM, NON (3) PRECARIO AB ILLO DUXISTI, QUOMINUS ITA DUCAS, VIM FIERI VETO.

§ 1.—Hoc interdictum prohibitorium, et interdum restitutorium est, et pertinet ad aquam quotidianam.

§ 2.—Quotidiana autem aqua non illa est, quae quotidie ducitur, sed ea, quae quis quotidie possit uti, si vellet, quamquam quotidianam interdum hieme ducere non expedit, etsi possit duci.

§ 3.—Duo autem genera sunt (4) aquarum, est quotidiana, est et aestiva; quotidiana ab aestiva usu differt, non iure. Quotidiana ea est, quae duci assidue solet vel aestivo tempore, vel hiberno, etiam si aliquando ducta non est; ea quoque dicitur quotidiana, cuius servitus intermissione temporis divisa est. Aestiva autem ea est, quae aestate sola uti expedit, sicuti dicimus vestimenta aestiva, salus aestivos, castra aestiva, quibus interdum etiam hieme, plerumque autem aestate utamur. Ego puto probandum, ex proposito utentis, et ex natura locorum aquam aestivam a quotidiana discerni; nam si sit ea aqua, quae perpetuo duci possit, ego tamen aestate sola ea utar, dicendum est, hanc aquam esse aestivam. Rursum si ea sit aqua, quae non nisi aestate (5) duci possit, aestiva dicitur; et si ea sint loca, quae natura non admittant aquam nisi aestate, dicendum erit, recte aestivam dici.

§ 4.—Quod autem scriptum est in interdicto: «uti hoc anno aquam duxisti», hoc est, non quotidie, sed hoc anno, vel una die, vel nocte. Ergo quotidiana quidem aqua alia (6) est, quae quotidie duci possit, vel hieme, vel aestate, etsi aliquo momento

(1) NEC, Vulg.  
(2) NEC, Vulg.  
(3) NEC, Vulg.

mo la prerogativa de la larga posesión, porque durante mucho tiempo usó de la servidumbre, puede usar de este interdicto.

§ 4.—El que haya de utilizar este interdicto, debe darle caución a su adversario por vicio de la obra.

6. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXVI.*—Así como al que usó sin vicio no le perjudica haber usado viciosamente en el mismo año, así tampoco le perjudicará al comprador y al heredero que ellos mismos hayan usado viciosamente, si el testador ó el vendedor usaron debidamente.

7. CELSO; *Digesto, libro XXV.*—Si alguno transitó por un fundo tuyo, no con violencia, ni clandestinamente, ni en precario, pero esto no lo hiciera como por propio derecho, sino que no lo hubiese de hacer si se le prohibiera, es inútil para él el interdicto relativo a las servidumbres de paso y de conducción; porque para que competa este interdicto, es menester haber poseído la servidumbre del fundo.

### TÍTULO XX [XIX]

#### DEL AGUA DE CADA DÍA Y DE LA ESTIVAL

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXX.*—Dice el Pretor: «Vedo que se haga violencia para que no conduzcas del mismo modo que como que de otro condujiste el agua de que se trata, en este año, ni con violencia, ni clandestinamente, ni en precario».

§ 1.—Este interdicto es prohibitorio, y a veces restitutorio, y se refiere al agua cotidiana.

§ 2.—Mas el agua cotidiana no es la que se conduce cada día, sino la que uno pueda utilizar cada día, si quisiera, aunque a veces no convenga en invierno conducirla cada día, aun cuando pueda ser conducida.

§ 3.—Hay dos especies de aguas, una es cotidiana, y otra estival; la cotidiana difiere de la estival por el uso, no en cuanto al derecho. Es cotidiana la que asiduamente suele ser conducida ó en tiempo de verano, ó en el de invierno, aunque a veces no es conducida; también se dice cotidiana aquella cuya servidumbre está dividida con la intermisión de tiempo. Mas es estival la que conviene utilizar solamente en estío, así como decimos vestidos de estío, bosques de estío, campamentos de estío, de los que a veces nos servimos también en invierno, y las más de las veces en estío. Yo opino que se ha de admitir que el agua estival se distingue de la cotidiana según el propósito del que la utiliza y la naturaleza de los lugares; porque si el agua fuera tal, que se pudiera conducir perpetuamente, pero yo usara de ella solamente en el estío, se ha de decir, que esta agua es estival. Y a su vez, si el agua fuera tal, que no se pudiera conducir sino en el estío, se dirá que es estival; y si los lugares fueran tales, que por su naturaleza no admitan agua sino en el estío, se habrá de decir que con razón se denomina estival.

§ 4.—Mas lo que se escribió en el interdicto: «como condujiste el agua en este año», quiere decir no cotidianamente, sino en este año, ó en un solo día, ó en una noche. Luego agua cotidiana es la que ciertamente se puede conducir cada día, ya en invierno,

(4) El código Fl., Br.; sunt genera, Taur.  
(5) sua natura, inserta Vulg.  
(6) ea por alia, Vulg.

temporis ducta (1) sit. Aestiva ea, quae quotidie quidem duci possit, vel sola aestate (2), ducatur autem aestate tantum, non et hieme, non quia non possit et hieme, sed quia non solet.

§ 5.—Loquitur autem Praetor in hoc interdicto de ea aqua sola, quae perennis est; nulla enim alia aqua duci potest, nisi quae perennis est.

§ 6.—Quamquam autem (3) ad perennes aquas dixerimus hoc interdictum pertinere, ad eas tamen perennes pertinet, quae duci possunt. Ceterum sunt quaedam, quae, etsi perennes sunt (4), duci tamen non possunt (5), ut puta putcales, et quae ita sunt submersae, ut defluere extra terram, et usui esse non possint; sed huiusmodi aquis, quae duci non possint, haustus servitus imponi potest.

§ 7.—Haec interdicta de aqua, item de fonte, ad eam aquam pertinere videntur, quae a capite ducitur, non aliunde; harum enim aquarum etiam servitus iure civili constitui potest.

§ 8.—Caput aquae illud est, unde aqua nascitur; si ex fonte nascatur, ipse fons, si ex flumine vel lacu, prima incilia, vel principia fossarum, quibus aquae (6) ex flumine, vel ex lacu in primum rivum communem (7) pelli solent. Plane si aqua sudoribus manando in aliquem primum locum effluere, atque ibi apparere incipit, eius hoc caput dicemus, ubi primum emergit.

§ 9.—Et qualiter (8) sit constitutum ius aquae, dicendum est, hoc interdictum locum habere.

§ 10.—Sed et si iure aqua non debetur alicui, si tamen iure ducere se putavit, quum non in iure, sed in facto erravit, dicendum est, eoque iure utimur, ut interdicto hoc uti possit; sufficit enim, si iure se ducere putavit, nec vi, nec clam, nec precario duxit.

§ 11.—Illud quaeritur, utrum ea tantum aqua his interdictis contineatur, quae ad agrum irrigandum pertinet, an vero omnis, etiam ea, quae ad usum quoque et commodum nostrum? Et hoc iure utimur, ut haec quoque contineatur. Propter quod, etiamsi in urbana praedia quis aquam ducere velit, hoc interdictum locum habere potest.

§ 12.—Praeterea Labeo scribit, etsi quidam (9) ductus aquarum non sit fundi, quia (10) a quocunque duci possint, tamen ad hoc interdictum pertinere.

§ 13.—Idem Labeo scribit, etiamsi Praetor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat, tamen de calidis aquis interdicta non esse deneganda; namque harum quoque aquarum usum esse necessarium; nonnunquam enim refrigeratae usum irrigandis agris praestant. His accedit, quod in quibusdam locis, et quum calidae sunt, irrigandis tamen agris

ya en verano, aunque haya sido conducida en algún momento de tiempo. Estival es la que ciertamente puede ser conducida cada día, ó solamente en el estio, pero es conducida únicamente en el estio, no también en el invierno, no porque no pueda serlo también en el invierno, sino porque no suele serlo.

§ 5.—Mas el Pretor habla en este interdicto de aquella sola agua, que es perenne; porque no puede ser conducida ninguna otra agua, sino la que es perenne.

§ 6.—Pero aunque hayamos dicho que este interdicto se refiere á las perennes, se refiere, sin embargo, á aquellas perennes, que pueden ser conducidas. Mas hay algunas, que, aunque son perennes, no pueden, sin embargo, ser conducidas, por ejemplo, las de pozos, y las que están tan profundas, que no pueden correr por el exterior de la tierra, ni ser usadas; mas á tales aguas, que no pueden ser conducidas, se les puede imponer la servidumbre de sacar agua.

§ 7.—Estos interdictos relativos al agua, y también á las fuentes, se considera que se refieren también al agua que es conducida desde un manantial, no de otra parte; porque también la servidumbre de estas aguas puede ser constituida por derecho civil.

§ 8.—Manantial del agua es el punto donde nace el agua; si naciera de una fuente, la misma fuente, si de un río ó de un lago, los primeros canales, ó los principios de las fosas, por las que suelen ser empujadas de un río, ó de un lago, al primer arroyo común. Mas si manando el agua por filtraciones comenzó á correr primeramente á un lugar, y á aparecer allí, diremos que su manantial es este punto donde primeramente brota.

§ 9.—Y se ha de decir que este interdicto tiene lugar, cualquiera que sea el modo como se haya constituido la servidumbre del agua.

§ 10.—Mas aunque á uno no se le debe con arreglo á derecho la servidumbre de agua, si, no obstante, creyó que él la conducía con derecho, habiendo errado no en cuanto al derecho, sino respecto al hecho, se ha de decir, y este derecho observamos, que no puede utilizar este interdicto; porque basta si creyó que él la conducía con derecho, y no la condujo á la fuerza, ni clandestinamente, ni en precario.

§ 11.—Se pregunta, ¿se comprende en estos interdictos solamente el agua que sirve para regar el campo, ó toda, hasta la que sirve también para nuestro uso y comodidad? Y observamos este derecho, que también se comprenda ésta. Por lo cual, este interdicto puede tener lugar aunque alguno quiera conducir agua á predios urbanos.

§ 12.—Además de esto escribe Labeon, que aunque la conducción de aguas no sea del fundo, porque pueden ser conducidas por cualquiera, está comprendida, sin embargo, en este interdicto.

§ 13.—Escribe el mismo Labeon, que aunque el Pretor se refiera en este interdicto á aguas frías, no se han de denegar, sin embargo, los interdictos respecto á aguas calientes; porque también es necesario el uso de estas aguas; porque á veces, en friadas, prestan el servicio de regar los campos. Agréguese á esto, que en algunas localidades, aun

(1) non, inserta *Vulg.*

(2) vel sola aestate, omittelas *Hal.*

(3) autem, considérase añadida por antiguos copistas.

(4) *Taur.* según la escritura original; sint — possint, la corrección del código *Fl.*, *Br.*

(5) *Taur.* según la escritura original; sint — possint, la corrección del código *Fl.*, *Br.*

(6) Según la escritura original; quae, *Taur.* según corrección del código *Fl.*, *Br.*

(7) compelli, al margen interior del código *Fl.*

(8) qualiterqualiter, *Hal.*

(9) quidem, *Hal.* *Vulg.*

(10) *Taur.*; qui, el código *Fl.*, *Br.*

necessariae sunt, ut Hierapoli; constat enim apud Hierapolitanos in Asia agrum aqua calida rigari. Et quamvis ea sit aqua, quae ad rigandos non sit necessaria, tamen nemo ambiget, his interdictis locum fore.

§ 14.—Sive autem intra urbem sit aqua, sive extra urbem, huic (1) interdicto locus erit.

§ 15.—Illud tamen hic intelligendum est, eodem modo Praetorem duci aquam iussisse, quo ducta est hoc anno. Proinde neque amplioris modi, neque alia (2) permisisse potest videri. Quare si alia aqua sit, quam quis velit ducere, quam hoc anno duxit, vel eadem, per aliam tamen regionem velit ducere, impune ei vis fiet.

§ 16.—Illud Labeo dicit, omnes partes illius fundi, in quem loci (3) aqua ducitur, eiusdem numero esse. Ergo et si forte actor confinem agrum emerit, et ex agro, in quem hoc anno aquam duxerit, postea fundi emti nomine velit aquam ducere, ita demum eum recte hoc interdicto, ut de itinere actuque, uti putant (4), ut semel in suum ingressus inde egredi, qua velit, possit, nisi ei nocitum sit, ex quo aquam ducit.

§ 17.—Item quaeritur, si quis aquae, quam hoc anno ducebat, aliam aquam admiscuerit, an impune prohibeatur. Et extat Ofilii sententia existimantis, recte eum prohiberi, sed eo loci, in quo primum aquam aliam in rivum admittit; et Ofilius in tota aqua recte eum prohiberi ait. Ego Ofilio assentio, non posse dividi, quia non potest ita in parte vis fieri, ut non in tota aqua fiat.

§ 18.—Trebatius, quum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur (5), quam debet appellere, posse universum pecus impune prohiberi, quia iunctum pecus ei pecori, cui appulsus debeatur, totum corrumpat pecoris appulsus. Marcellus autem ait, si quis ius habens pecoris ad aquam appellendi, plura pecora appulerit (6), non in omnibus pecoribus eum prohibendum; quod est verum, quia pecora separari possunt.

§ 19.—Aristo putat, eum demum interdictum hoc habere, qui se putat suo iure uti, non eum, qui scit, se nullum ius habere, et utitur.

§ 20.—Idem ait, eum, qui hoc anno aquam duxerit nec vi, nec clam, nec precario, et eodem anno vitiose usus est, recte tamen hoc interdicto usurum; quod referri ad id tempus (7), quod sine vitio fuerit; esse enim verum, hoc anno non vi, non clam, non precario usum.

§ 21.—Quaesitum est, si quis ante annum aquam duxit, deinde sequenti tempore, hoc est intra annum, aqua influxerit ipsa sibi, me non ducente, an huic (8) interdicto locus sit. Et refert Severus Valerius, competere ei hoc (9) interdictum, quasi

cuando están calientes, son, esto no obstante, necesarias para regar los campos, como en Hierápolis; porque es sabido que los Hierapolitanos, en Asia, riegan el campo con agua caliente. Y aunque el agua sea tal, que no sea necesaria para regarlos, nadie, sin embargo, dudará que hayan de tener lugar estos interdictos.

§ 14.—Mas habrá lugar á este interdicto, ya si el agua estuviese dentro, ya si fuera, de la ciudad.

§ 15.—Pero aquí se ha de entender, que el Pretor mandó que el agua sea conducida del mismo modo como fué conducida en este año. Por consiguiente, no puede parecer que permitió ni mayor cantidad, ni otra agua. Por lo cual, si el agua, que alguno quisiera conducir, fuera distinta de la que condujo en este año, ó la misma, pero quisiera conducirla por otra región, impunemente se le hará fuerza.

§ 16.—Dice Labeon, que todas las partes del fundo, á que se conduce el agua, están comprendidas en el mismo. Luego, si acaso el actor hubiere comprado un campo colindante, y después quisiera por razón del fundo comprado conducir el agua desde el campo á que en este año la hubiere conducido, opinan que puede él utilizar con razón este interdicto, como el relativo á las servidumbres de paso y de conducción, para que una vez que haya entrado en lo suyo, salga de ello por donde quiera, solamente si no se le causara perjuicio al lugar de donde conduce el agua.

§ 17.—También se pregunta, si, habiéndole mezclado uno otra agua al agua que en este año conducía, se le impedirá impunemente. Y hay la opinión de Ofilio, que juzga, que con razón se le impide, pero en aquel lugar en que primeramente admitió la otra agua en la acequia; y dice Ofilio, que con razón se le impide respecto á toda el agua. Yo convengo con Ofilio, que no se puede dividir, porque no se puede hacer fuerza respecto á una parte, de modo que no se haga respecto á toda el agua.

§ 18.—Trebacio dice, que cuando se lleve al agua mayor número de ganado que el que se debe llevar, se puede poner impunemente impedimento á todo el ganado, porque el ganado juntado al ganado, á que se le debe el abrevadero, vicia todo el abrevadero del ganado. Pero Marcelo dice, que si teniendo uno el derecho de llevar ganado al agua, llevar muchos ganados, no se le ha de prohibir respecto á todos los ganados; lo que es verdad, porque se pueden separar los ganados.

§ 19.—Opina Aristón, que solamente tiene este interdicto el que juzga que usa de su propio derecho, no el que sabe que él no tenía ningún derecho, y usa.

§ 20.—Dice el mismo, que el que en este año hubiere conducido agua ni violenta, ni clandestinamente, ni en precario, y en el mismo año haya usado viciosamente, esto no obstante, utilizará con derecho este interdicto; lo que se refiere al tiempo que hubiere transcurrido sin vicio; porque es verdad que en este año usó ni violenta, ni clandestinamente, ni en precario.

§ 21.—Se preguntó, si habrá lugar á este interdicto, si uno condujo el agua antes del año, y después en el siguiente tiempo, esto es, dentro del año el agua misma se hubiere dirigido, sin conducirla yo. Y dice Severo Valerio, que á éste le compete el

(1) Hal.; hoc, el códice Fl.

(2) allam, Hal.

(3) locum, Hal.

(4) interdicto uti, ut de itinere actuque poterit, Hal.

(5) appelleretur, Vulg.

(6) appulerit, Hal.

(7) potest, insertan Hal. Vulg.

(8) Véase la nota 1.

(9) Según corrección del códice Fl.; hoc ei, Taur. según la escritura original, Br.

duxisse videatur, licet penitus prospicientibus (1) non videtur iste duxisse.

§ 22.—Item quaesitum est, si quis, dum putat, tertio quoque die habere se ius aquae ducendae, duxerit una die, an recte, et sine captione possessoris (2) duxisse videatur, ut hoc interdictum habeat; ait enim Praetor, «uti hoc anno aquam duxisti», id est (3) alternis diebus. Illud autem nihil interest, utrum quinto die aqua debeatur, an alternis diebus, an quotidie ei, qui hoc interdicto uti velit. Nam quum sufficiat, vel uno die hoc anno aquam duxisse, nihil refert, qualem aquaeductum habens duxerit, dum, si quis, quum quinto quoque die uteretur, quasi alternis diebus duceus interdixerit, nihil ei prodesse videtur.

§ 23.—Praeterea illud sciendum est, si, quum aquam duxisses, adversarius te prohibuerit, deinde tu interim ius aquae ducendae amiseris, in restitutionem hoc venire, ut tibi praestetur per hoc interdictum, quod amisisti; et hoc verum puto.

§ 24.—Si fundum, ad quem aquam ducebas, vendideris et tradideris, nihilominus interdictum tibi utile est.

§ 25.—Competit hoc interdictum adversus eum, qui prohibet me aquam ducere. Et nihil interest, utrum quis dominium fundi habeat, an non; idcircoque is tenetur interdicto; nam et si servitus coepit, adversus quemvis posse vindicari.

§ 26.—Si inter rivales, id est qui per eundem rivum aquam ducunt, sit contentio de aquae usu, utroque suum usum esse contendente, duplex interdictum utrique competit.

§ 27.—Labeo putat, per hoc interdictum prohiberi quem, ne quid in illo fundo faciat, fodiatur, seratur, succidatur, putetur, aedificetur, qua (4) ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum tuum sine vicio duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat; et similiter de aestiva aqua debere (5) interdicti ait.

§ 28.—Si quis hoc cesserit, ne liceat sibi aquam quaerere, ea cessio valet.

§ 29.—Deinde ait Praetor: UTI PRIORE AESTATE AQUAM, QUAE AGITUR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO DUXISTI, QUO MINUS ITA DUCAS, VIM FIERI VETO. INTER HEREDES, EMTORES, ET BONORUM POSSESSORES INTERDICAM.

§ 30.—Hoc interdictum de aqua aestiva proponitur.

§ 31.—Quia autem diximus, aestivam aquam aliquod (6) distare ab aqua quotidiana, sciendum est, etiam interdictis distare, quod, qui de aqua quotidiana interdicat, ita interdicat: «uti hoc anno aquam duxisti», at qui de aestiva, sic: «uti priore aestate»; nec immerito, nam quia hieme non utitur, referre se non ad praesentem aestatem, sed ad priorem debuit.

§ 32.—Aestatem incipere sic peritiores tradiderunt, ab aequinoctio verno, et finire aequinoctio autumnali; et ita senis mensibus aestas atque hiems dividitur.

interdicto, como si se considerase que la condujo, aunque á los que miren el caso con rigor no les parezca que éste la condujo.

§ 22.—También se preguntó, si creyendo uno que él tenía derecho para conducir agua cada tres días, la condujere un solo día, se considerará que la condujo debidamente y sin perjuicio del poseedor, de suerte que tenga este interdicto; porque dice el Pretor, «como en este año condujiste el agua», esto es, en días alternados. Mas nada importa que el agua se le deba cada cinco días, ó en días alternados, ó diariamente, al que quiera usar de este interdicto. Porque como basta haber conducido el agua en este año un solo día, nada importa qué servidumbre de acueducto tenga el que la hubiere conducido, pues si alguno, usando de ella cada quinto día, hubiere interpuesto el interdicto como si la condujera en días alternados, se considera que para nada le aprovecha.

§ 23.—Además de esto se ha de saber, que, si cuando condujeras agua te lo prohibiere tu adversario, y luego tú hubieres perdido entretanto el derecho de conducir el agua, se comprende esto en la restitución, para que se reintegré mediante este interdicto lo que perdiste; y esto lo creo verdadero.

§ 24.—Si hubieres vendido y entregado el fundo á que conducías el agua, tienes, sin embargo, el interdicto útil.

§ 25.—Compete este interdicto contra el que me prohíbe conducir el agua. Y nada importa que uno tenga, ó no, el dominio del fundo; y por ello está sujeto éste al interdicto; porque aunque haya comenzado la servidumbre, se puede reivindicar contra cualquiera.

§ 26.—Si entre los que conducen agua por la misma acequia hubiera contienda por el uso del agua, sosteniendo ambos que es suyo el uso, les compete á ambos doble interdicto.

§ 27.—Labeon opina, que por medio de este interdicto se le prohíbe á uno que haga en aquel fundo alguna cosa, cave, siembre, corte, pade, edifique, por lo que se ensucie, se vicie, se altere, ó se deteriore, el agua que él condujo sin vicio este año por tu fundo; y dice que del mismo modo se debe interponer interdicto respecto al agua estival.

§ 28.—Si alguno hubiere cedido que no le sea lícito buscar para sí agua, es válida esta cesión.

29.—Después dice el Pretor: «Vedo que se haga violencia para que no conduzcas como de otro condujiste en el anterior estío ni con violencia, ni clandestinamente, ni en precario, el agua de que se trata. Daré el interdicto entre los herederos, los compradores, y los poseedores de los bienes».

§ 30.—Propónese este interdicto respecto al agua estival.

§ 31.—Mas como hemos dicho que el agua estival difiere algo del agua cotidiana, se ha de saber que también difieren los interdictos, porque el que interpone interdicto respecto al agua cotidiana, lo interpone así: «como condujiste el agua este año»; mas el que respecto al agua estival, así: «como en el anterior estío»; y, como en invierno no la usamos, no sin razón se debió referir no al presente estío, sino al anterior.

§ 32.—Los más peritos dijeron que el estío comenzaba en el equinoccio de la primavera, y finía en el equinoccio de otoño; y así, el estío y el invierno se separan por seis meses.

(1) perspicentibus, Hal. Vulg.

(2) Hal.; recte, inserta el códice Fl.

(3) idem si por id est, Vulg.

(4) Hal. Vulg.; quare, el códice Fl.

(5) ei, inserta Hal.

(6) Taur. según la escritura original; aliquo, la corrección del códice Fl.

§ 33.—Priorem aestatem ex comparatione duarum aestatum accipi (1).

§ 34.—Propter hoc, si aestate interdicatur, nunquam annum et sex menses continere; quod ita contingit, si initio verni aequinoctii ducta sit aqua, et sequenti aestate pridie aequinoctium autumnale (2) interdicatur. Et proinde si hieme interdicatur, etiam in biennium haec res extendetur.

§ 35.—Si quis hieme tantum aquam solitus fuit ducere, aestate non fuit solitus, utile interdictum ei competit.

§ 36.—Qui hac aestate duxit, non superiore, utile interdictum habet.

§ 37.—Ait Praetor: «inter heredes, et emtores, et bonorum possessores interdicam»; haec verba non solum ad aestivam aquam, verum (3) ad quotidianam quoque referenda esse, sciendum est; nam sicuti de itinere actuque et successoribus dantur interdicta, et emtori, ita haec quoque danda Praetor putavit.

§ 38.—Ait Praetor: QUO EX CASTELLO ILLI AQUAM DUCERE AB EO, CUI EIUS REI IUS FUIT, PERMISSUM EST, QUO MINUS ITA, UTI PERMISSUM EST, DUCAT, VIM FIERI VETO. QUANDOQUE DE OPERE FACIENDO INTERDICTUM ERIT, DAMNI INFECTI CAVERI IUBEBO.

§ 39.—Hoc interdictum necessario propositum est; namque (4) superiora interdicta ad eos pertinent, qui a capite ducunt, vel imposita servitute, vel quia putant impositam. Aequissimum visum est, ei quoque, qui ex castello ducit, interdictum dari; id est, ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit, castellum accipe.

§ 40.—Si ex castello permissum est (5), dandum erit interdictum.

§ 41.—Permittitur autem aquam ex castello, vel ex rivo, vel ex quo alio loco publico ducere.

§ 42.—Idque a Principe conceditur, alii nulli competit ius aquae dandae.

§ 43.—Et datur interdum praediis, interdum personis; quod praediis datur, extincta persona non extinguitur; quod datur personis, cum personis amittitur; ideoque neque ad alium dominum praediorum, neque ad heredem, vel qualemcunque successorem transit.

§ 44.—Plane ei, ad quem dominium transit, impetrabile est; nam si docuerit praediis suis aquam debitam, et si nomine eius fluxisse (6), a quo dominium ad se transiit, indubitate impetrat ius aquae ducendae; nec est hoc beneficium, sed iniuria, si quis forte non impetraverit.

§ 45.—Meminisse autem debemus, in hoc interdicto totam quaestionem finiri assignationis (7); non enim praeparat hoc interdictum causam, ut superiora interdicta, nec ad possessionem temporariam pertinet, sed aut habet ius assignatum sibi, aut non habet, et interdictum totum finitur.

2. POMPONIUS (8) libro XXXII. ad Sabinum.— Si diurnarum aut nocturnarum horarum aquaedu-

§ 33.—El anterior estio se entiende por el cómputo de dos estaciones.

§ 34.—Por esto, si el interdicto se interpusiera en el estio, comprende á veces un año y seis meses; lo que así acontece, si el agua hubiera sido conducida al principio del equinoccio de primavera, y el interdicto se interpusiera en el siguiente estio antes del equinoccio de otoño. Y por consiguiente, si se interpusiera el interdicto en invierno, el negocio se extenderá también á un bienio.

§ 35.—Si alguno hubiere solido conducir el agua solamente en el invierno, y no solió en el estio, le compete el interdicto útil.

§ 36.—El que la condujo en este estio, y no en el anterior, tiene el interdicto útil.

§ 37.—Dice el Pretor: «daré el interdicto entre los herederos, los compradores, y los poseedores de los bienes»; y se ha de saber, que estas palabras se han de referir no sólo al agua estival, sino también á la cotidiana; porque así como por las servidumbres de paso y de conducción se dan interdictos también á los sucesores, y al comprador, así también creyó el Pretor dar que se debían dar éstos.

§ 38.—Dice el Pretor: «Vedo que se haga á uno violencia para que no conduzca, así como se le permitió, el agua que se le permitió conducir de un depósito por aquel que tuvo derecho para ello.» Y cuando se le interpusiere interdicto por hacerse una obra, mandaré que se dé caución de daño que amenaza».

§ 39.—Se propuso por necesidad este interdicto; porque los anteriores interdictos corresponden á aquellos que conducen agua de un manantial, ó porque hay servidumbre impuesta, ó porque creen que la hay impuesta. Pareció muy justo, que se le diera interdicto también al que conduce agua de un depósito; esto es, entendiéndose por depósito aquel receptáculo que recibe agua pública.

§ 40.—Si se permitió conducirla de un depósito, se habrá de dar el interdicto.

§ 41.—Mas se permite conducir agua de un depósito, ó de un arroyo, ó de otro cualquier lugar público.

§ 42.—Y esto se concede por el Principe, y no compete á otro alguno el derecho de dar el agua.

§ 43.—Y unas veces se les da á los predios, y otras á las personas; el que se les da á los predios, no se extingue, fallecida la persona; el que se les da á las personas, se pierde con las personas; y por esto no pasa ni á otro dueño de los predios, ni al heredero, ni á otro cualquiera sucesor.

§ 44.—Mas es impetrable para aquel á quien pasa el dominio; porque si hubiere probado que se les debía el agua á sus predios, y que corrió á nombre de aquel de quien á él pasó el dominio, impetra indudablemente el derecho de conducir el agua; y esto no es un beneficio, sino que sería injuria, si acaso alguno no lo impetrare.

§ 45.—Mas debemos tener presente, que en este interdicto termina toda la cuestión de la asignación; porque este interdicto no prepara la causa, como los anteriores interdictos, ni se refiere á la posesión temporal, sino que ó tiene uno asignado para sí el derecho, ó no lo tiene, y acaba todo el interdicto.

2. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXXII.— Si yo tuviera servidumbre de acueducto ciertas

(1) accipe, Hal.

(2) aequinoctii autumnalis, Vulg.

(3) Hal.: etiam, inserta el códice Fl.

(4) nam quia, Vulg.

(5) Castellum accipe, si ex castello permissum est. Sed et si alio ex loco permissum est, Vulg.

(6) fluxisset, los códices citados por Br.

(7) assignationibus, Hal.

(8) Iulianus, Hal.

ctum habeam, non possum alia hora ducere, quam qua ius habeam ducendi.

3. IDEM (1) *libro XXXIV. ad Sabinum.* — Hoc iure utimur, ut etiam non ad irrigandum, sed pecoris causa vel amoenitatis aqua duci possit.

§ 1.—Ex flumine aquam ducere plures possunt, ita tamen, ut vicinis non noceant, vel si angustus amnis sit, etiam ei, qui in alia ripa sit.

§ 2.—Si aquam ex flumine publico duxeris, et flumen recesserit, non potes (2) subsequi flumen, quia ei loco (3) servitus imposita non sit, quamvis is locus meus sit. Sed si alluvione paulatim accesserit fundo tuo, subsequi potes (4), quia locus totus fluminis serviat ductioni. Sed si circumfluere coeperit mutato alveo, non potes (5), quia medius locus non serviat, interruptaque sit servitus.

§ 3.—Aqua, quae in rivo nascitur, tacite lucrifit ab eo, qui ducit.

§ 4.—Ductus aquae, cuius origo memoriam excessit, iure constituti loco habetur.

§ 5.—Is, qui aquae quotidianae (ius) habet, vel fistulam in rivo ponere, vel aliud quodlibet facere potest, dummodo ne fundum domino, aut aquagium (6) rivalibus deterius faciat.

§ 6.—Si aqua ducatur, supra eam alia aqua per pontem, qui supra rivum factus sit, iure ducitur, dum inferiori rivo non noceatur.

4. IULIANUS *libro XLI. Digestorum.* — Lucio Ticio ex fonte meo ut aquam duceret, cessi; quaesitum est, an et Maevio cedere possim, ut per eundem aquaeductum aquam ducat; et (7) si putaveris, posse cedi per eundem aquaeductum (8) duobus, quemadmodum uti debeant. Respondit, sicut iter, actus, via pluribus cedi vel simul, vel separatim potest, ita aquae ducendae ius recte cedetur; sed si inter eos, quibus aqua cessa est, non convenit, quemadmodum utantur, non erit iniquum, utile iudicium reddi, sicut inter eos, ad quos usufructus pertinet, utile communi dividendo iudicium reddi, plerisque placuit.

5. IDEM *libro IV. ex Minicio.* — Quum constet, non solum temporibus, sed etiam mensuris posse aquam dividi, potest eodem tempore alius quotidianam, alius aestivam aquam ducere, ita ut aestate dividatur inter eos aqua, hieme solus ducat is, qui quotidianae ius habeat.

§ 1.—Inter duos, qui eodem rivo aquam certis horis separatim ducebant, convenit, ut permutatis inter se temporibus aqua uterentur; quaero, quum amplius tempore servitutibus praefinito ita duxissent, ut neuter eorum suo tempore usus esset, num ius utendi amisissent. Negavit, amisisse.

(1) Ulpianus, *Hal.*

(2) potest, *Vulg.*

(3) loco, *considerase añadida por antiguos copistas.*

(4) potest, *Vulg.*

(5) potest, *Vulg.*

horas del día ó de la noche, no puedo conducir el agua en otra hora sino en la que tenga el derecho de conducirla.

3. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIV.* — Observamos este derecho, que también se puede conducir agua no para regar, sino para el ganado ó para recreo.

§ 1.— Pueden muchos sacar agua de un río, pero de suerte que no perjudiquen á los vecinos, ó, si el río es angosto, tampoco al que se halla en la otra orilla.

§ 2.—Si condujeres agua de un río público, ó el río se retirare, no puedes seguir al río, porque no se le impuso la servidumbre á aquel lugar, aunque este lugar sea mío. Pero si por aluvión se hubiere acercado paulatinamente á tu fundo, puedes seguirle, porque todo el sitio del río sirve para la conducción. Pero si habiendo cambiado de cauce hubiere comenzado á correr alrededor, no puedes, porque el lugar intermedio no presta servidumbre, y se interrumpió la servidumbre.

§ 3.—El agua, que nace en un arroyo, se aprovecha tácitamente por el que la conduce.

§ 4.—Se considera en calidad de constituido con arreglo á derecho el acueducto de cuyo origen no hay memoria.

§ 5.—El que tiene derecho de agua cotidiana, puede poner cañería en el arroyo, ó hacer otra cualquier cosa, con tal que no le haga al dueño de peor condición el fundo, ó el derecho de tomar agua á los que la tienen.

§ 6.—Si se condujera agua, con derecho se conduce sobre ella otra agua por un puente, que se haya hecho sobre la acequia, con tal que no se perjudique á la acequia inferior.

4. JULIANO; *Digesto, libro XLI.* — Concedi á Lucio Ticio que de una fuente mía condujese agua; se preguntó, si podría yo concederle también á Mevio que condujese agua por el mismo acueducto; y si juzgares que se les puede conceder á los dos por el mismo acueducto, cómo deberá usar. Respondió, que así como las servidumbres de paso, conducción, y vía pueden ser cedidas á muchos ó simultánea, ó separadamente, así se cederá válidamente el derecho de conducir agua; pero si entre aquellos á quienes se les cedió el agua no se convino cómo la usarán, no será injusto que se dé la acción útil, así como á los más les pareció bien que se diera la acción útil de división de cosa común entre aquellos á quienes pertenece el usufructo.

5. EL MISMO; *Doctrina de Minicio, libro IV.* — Constando que el agua se puede dividir no solamente por tiempo, sino también por medida, puede uno conducir al mismo tiempo agua cotidiana, y otro agua estival, de suerte que en el estío se divida entre ellos el agua, y en el invierno la conduzca sólo el que tenga el derecho de agua cotidiana.

§ 1.—Entre dos, que por la misma acequia conducían separadamente agua á ciertas horas, se convino usar el agua permutando entre sí las horas; pregunto, si, habiéndola conducido así más tiempo que el prefijado para las servidumbres, de modo que ninguno de los dos la hubiese usado en su propio tiempo, habrían perdido el derecho de usarla. Dijo, que no lo perdieron.

(6) *aquarium, Vulg.*

(7) *et, considerase añadida por antiguos copistas.*

(8) *Taur. según corrección del códice Fl.; aquaeductaeum, la escritura original, Br.*

6. NERATIUS (1) *libro III. Membranarum.*—De interdicto de aqua aestiva, item quotidiana quaerentes primum constituendum existimabamus, quae esset aqua aestiva, de qua proprium interdictum ad prioris aestatis tempus relatum reddi solet, hoc est aestiva aqua utrumne ex iure aestivo duntaxat tempore utendi diceretur, an ex mente propositoque ducentis, quod (2) aestate eam ducendi consilium haberet; an ex natura ipsius aquae, quod aestate tantum duci potest, an ex utilitate locorum, in quae duceretur. Placebat igitur, aquam ob has duas res, naturam suam, utilitatemque locorum, in quae deducitur, proprie appellari, ita ut, sive eius natura erit, ut, nisi aestate duci non possit, etiamsi hieme quoque desideraretur, sive omni tempore anni duci eam ipsius natura permitteret, si utilitas personis, in quam ducitur, aestate duntaxat usum eius exigeret, aestiva recte diceretur.

7. PAULUS *libro V. Sententiarum.*—Si de via, itinere, actu, aquaeductu agatur, huiusmodi cautio praestanda est, quamdiu quis de iure suo doceat, non se impediturum agentem, et aquam ducentem, et iter facientem. Quodsi neget ius esse adversario agendi, aquae ducendae (3), cavere sine praeiudicio amittendae servitutis debebit, donec quaestio finietur, non se usurum.

8. SCAEVOLA *libro singulari ὁρῶν.*—Cui per fundum iter aquae debetur, quacunquē vult, in eorivum licet faciat, dum ne aquaeductum interverteret.

## TIT. XXI [XX]

## DE RIVIS (4)

1. ULPIANUS *libro LXX. ad Edictum.*—Praetor ait: RIVOS, SPECUS, SEPTA REIFICERE, PURGARE AQUAE DUCENDAE CAUSA, QUO MINUS LICEAT ILLI, DUM NE ALITER AQUAM DUCAT, QUAM UTI PRIORE AESTATE NON VI, NON CLAM, NON PRECARIO A TE (5) DUXIT, VIM FIERI VETO.

§ 1.—Hoc interdictum utilissimum est, nam nisi permittatur alicui reficere, alia ratione usu (6) incommodabitur.

§ 2.—Ait ergo Praetor: «rivum, specus» (7); «rivus» est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat, cui nomen est ἀπό τοῦ ῥέειν [a fluendo].

§ 3.—«Specus» autem est locus, ex quo despiciatur; inde spectacula sunt dicta.

§ 4.—«Septa» sunt, quae ad incile opponuntur aquae derivandae compellendaeve ex flumine causa, sive ea lignea sunt, sive lapidea, sive qualibet alia materia sint ad continendam transmittendamque aquam excogitata.

§ 5.—«Incile» est autem locus depressus ad latus

(1) Martianus, Hal.

(2) Taur. al margen; quae, el mismo en el texto.

(3) Taur.; ducendi, el códice Fl., Br.

(4) Taur. según corrección del códice Fl.; VIRIS, la escritura original, Br.

6. NERACIO; *Pergaminos, libro III.*—Examinando el interdicto relativo al agua estival, y también á la cotidiana, estimábamos que primeramente se había de determinar cuál era el agua estival, por la que se suele dar el propio interdicto con relación al tiempo del anterior estío, esto es, si se llamará agua estival por el derecho de usar de ella solamente en el tiempo del estío, ó por la intención y el propósito del que la conduce, porque tuviese el designio de conducirla en el estío; ó por la naturaleza de la misma agua, porque puede ser conducida solamente en el estío, ó por la utilidad de los lugares á que fuese conducida. Así, pues, parecería bien, que el agua se denominase con propiedad por estos dos objetos, por su naturaleza, y por la utilidad de los lugares, á que es conducida, de suerte que, ya si su naturaleza fuere que no se pueda conducir sino en estío, aunque también se deseare en [el invierno, ya si la naturaleza de la misma permitiese que fuese conducida en todo tiempo del año, si la utilidad para la que es conducida exigiese para las personas su uso solamente en el estío, con razón se diría estival.

7. PAULO; *Sentencias, libro V.*—Si se litigase respecto á las servidumbres de via, paso ó acueducto, se ha de prestar la caución, de que, mientras uno pruebe su derecho, no habrá él de impedir al que conduce, al que lleva agua, ni al que pasa. Pero si dijera que el adversario no tiene derecho para conducir, ó para llevar agua, deberá dar caución, sin perjuicio de perder la servidumbre, de que él no usará hasta que se termine la cuestión.

8. SCAEVOLA; *De los linderos, libro único.*—Al que se le debe el paso del agua por un fundo, le es lícito hacer en éste la acequia donde quiera, con tal que no desnaturalice el acueducto.

## TÍTULO XXI [XX]

## DE LAS ACEQUIAS

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXX.*—Dice el Pretor: «Vedo que se haga violencia para que á uno no le sea lícito reparar y limpiar las acequias, galerías cubiertas, y las presas, para conducir agua, con tal que no conduzca de otro modo el agua que como de tí la condujo en el anterior estío, ni con violencia, ni clandestinamente, ni en precario».

§ 1.—Es utilísimo este interdicto, porque si á uno no se le permitiera hacer reparaciones, será molestado de otro modo en el uso.

§ 2.—Dice, pues, el Pretor: «acequia, galería cubierta»; «acequia» es un lugar deprimido á lo largo, por el que corre el agua, cuyo nombre latino rivus viene del griego ῥέειν [correr].

§ 3.—Mas «galería cubierta» es un lugar desde el que se mira hacia abajo; de aquí que se llamaron espectáculos.

§ 4.—Son «presas» las que se oponen á un canal para derivar y compeler agua de un río, ya sean de madera, ya de piedra, ya de otra cualquier materia buscada para contener y transmitir el agua.

§ 5.—Pero «canal» es un lugar deprimido al lado

(5) ANTE, el códice citado por Geb.

(6) usus, Hal.

(7) septa, inserta Hal.

fluminis, ex eo dictus, quod incidatur; inciditur enim vel lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit. Sed et fossae et putei hoc interdicto continentur.

§ 6.—Deinde ait Praetor: «reficere, purgare»; «reficere» est, quod corruptum est, in pristinum statum restaurare. Verbo reficiendi tegere, substruere, sarcire, aedificare, item advehere apportareque ea, quae ad eandem rem opus essent, continentur.

§ 7.—Purgandi verbum plerique quidem putant ad eum rivum pertinere, qui integer est; et palam est, et ad eum pertinere, qui refectio (1) indiget; plerumque enim ut refectio (2), et purgatio indigent.

§ 8.—«Aqua», inquit, «ducendae causa»; merito hoc additur, ut ei demum permittatur et reficere, et purgare rivum, qui aquae ducendae causa id facit (3).

§ 9.—Hoc interdictum competit etiam ei, qui ius aquae ducendae non habet, si modo aut priore aetate, aut eodem anno aquam duxerit, quum sufficiat, non vi, non clam, non precario duxisse.

§ 10.—Si quis terrenum rivum Signinum (4), id est lapideum (5) facere velit, videri eum non recte hoc interdicto uti; non enim reficit, qui hoc facit; et ita Ofilio videtur.

§ 11.—Proinde etsi per alium locum velit ducere, impune prohibetur. Sed etsi eundem rivum deprimat, vel attollat, aut dilatet, vel extendat, vel operiat apertum, vel contra. Ego ceteros quidem impune prohiberi puto; at enim eum, qui operiat apertum, vel contra, eum non puto prohibendum, nisi si quam maiorem utilitatem suam adversarius ostendat.

2. PAULUS libro LXVI. ad Edictum. — Labeo non posse, ait, ex aperto rivo terrenum fieri, quia commodum domino soli auferretur (6) appellendi pecus, vel hauriendi aquam; quod sibi non placere Pomponius ait, quia id domino magis ex occasione, quam ex iure contingeret (7), nisi si ab initio imponenda servitute id actum esset.

3. ULPIANUS libro LXX. ad Edictum. — Servius autem scribit, aliter duci aquam, quae ante per specus ducta est, si nunc per apertum ducatur; nam si operis aliquid faciat quis, quo magis aquam conservet, vel contineat, non impune prohiberi; ego et in specu contra, si non maior utilitas versetur adversarii.

§ 1.—Servius et Labeo scribunt, si rivum, qui ab initio terrenus fuit, quia (8) aquam non continebat, caementicium velit facere, audiendum esse. Sed et si eum rivum, qui structilis fuit, postea terrenum faciat, aut partem rivi, aequae non esse prohibendum. Mihi videtur urgens et necessaria refectio (9) esse admittenda.

§ 2.—Si quis novum canalem vel fistulas in rivo

de un río, llamado en latín *incile*, porque se hace con incisión; porque se hace incisión ó en la piedra, ó en la tierra, para que desde luego se pueda conducir agua de un río. Mas también se comprenden en este interdicto las fosas y los pozos.

§ 6.—Después dice el Pretor: «reparar, limpiar»; «reparar» es restablecer en su primitivo estado lo que se estropeó. En la palabra reparar se comprende cubrir, cimentar, remendar, edificar, y también llevar y aportar lo que para este mismo objeto fuere necesario.

§ 7.—Pero, á la verdad, los más opinan que la palabra limpiar se refiere á la acequia que está íntegra; y es evidente que también se refiere á la que necesita reparación; porque las más de las veces necesitan limpia así como reparación.

§ 8.—«Para conducir agua», dice; con razón se añade esto, para que se le permita reparar y limpiar una acequia solamente al que esto lo hace para conducir el agua.

§ 9.—Este interdicto le compete también al que no tiene derecho para conducir agua, si es que ó en el anterior estío, ó en el mismo año, hubiere conducido agua, porque basta que no la haya conducido ni con violencia, ni clandestinamente, ni en precario.

§ 10.—Si alguno quisiera hacer de cemento signino, esto es, de piedra una acequia de tierra, se considera que éste no utiliza debidamente este interdicto; porque no repara el que hace esto; y así le parece á Ofilio.

§ 11.—Por consiguiente, aunque quiera conducir el agua por otro lugar, se le impedirá impunemente. Pero también, si bajase la misma acequia, ó la levantase, ó la dilatase, ó la extendiese, ó cubriese la descubierta, ó al contrario. Yo creo que impunemente se le prohíbe á los demás; pero no creo que se le haya de prohibir al que cubre la descubierta, ó al contrario, á no ser que el adversario demuestre alguna mayor utilidad suya.

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXVI.* — Labeo dice, que de una acequia descubierta no se puede hacer otra cubierta de tierra, porque se le quitaría al dueño del suelo la comodidad de llevar á abreviar el ganado, ó de sacar agua; lo que Pomponio dice que á él no le parece bien, porque esto le correspondería al dueño más bien por ocasión, que por derecho, á no ser que ello se hubiese contratado al principio al imponerse la servidumbre.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXX.* — Mas escribe Servio, que se conduce de otro modo el agua, que antes fué conducida por galería cubierta, si ahora fuese conducida por otra abierta; pero si uno hiciera alguna obra con la que mejor conserve el agua, ó la contenga, no se le impide impunemente; yo aun tratándose de galería cubierta opino al contrario, si no mediara mayor utilidad de su adversario.

§ 1.—Escriben Servio y Labeo, que uno ha de ser oído, si quisiera hacer de fábrica la acequia, que en un principio fué de tierra, porque no contenía el agua. Pero tampoco se le ha de prohibir que haga después de tierra la acequia, que era de fábrica, ó parte de la acequia. A mí me parece que se debe permitir la reparación urgente y necesaria.

§ 2.—Si alguno quisiera colocar en una acequia

(1) Véase la página 441., nota 5.

(2) Véase la página 441., nota 5.

(3) *Vulg.*; fecit, el código *Fl.*

(4) silicium, el código citado por *Br.*

(5) *Taur.*; lapidem, el código *Fl.*, *Br.*

(6) *Hal. Vulg.*; auferretur, el código *Fl.*

(7) *Hal. Vulg.*; contingere, el código *Fl.*

(8) Según enmienda *Br.*; qui, el código *Fl.*

(9) Véase la nota 5., página 441.

velit collocare, quum id nunquam habuerit, utile ei hoc interdictum futurum Labeo ait; nos et hic opinamur, utilitatem eius, qui ducit sine incommoditate eius cuius ager est, spectandam.

§ 3.—Si aqua in unum lacum conducatur, et inde per plures ductus ducatur, hoc interdictum utile erit volenti reficere ipsum lacum.

§ 4.—Hoc interdictum ad omnes rivos pertinet, sive in publico, sive in privato sint constituti.

§ 5.—Sed etsi calidae aquae rivus sit, de hoc reficiendo competit interdictum.

§ 6.—Aristo et de cuniculo restituendo, per quem vapor trahitur in balneariis vaporibus (1), putat utilem actionem competere; et erit dicendum, utile interdictum ex hac causa competere.

§ 7.—Iisdem autem personis, et in easdem interdictum hoc datur, quibus et in quas et de aqua interdicta redduntur, quae supra sunt enumerata.

§ 8.—Si quis rivum reficienti opus novum nuntiat, belle dictum est, posse contemni operis novi nuntiationem; quum enim Praetor ei vim fieri vetet, absurdum est, per operis novi nuntiationem eum impediri. Plane per in rem actionem dicendum est, posse adversus eum vindicari, ius ei non esse, dubium non est.

§ 9.—De damno quoque infecto (2) cavere eum debere, minime dubitari oportet.

§ 10.—Si quis eum exportare, vehere, quae refectioni (3) necessaria sunt, prohibeat, hoc interdictum ei competere Ofilii putat; quod est verum.

4. VENULEIUS *libro I. Interdictorum.* — De rivis reficiendis ita (4) interdicetur, ut non quaeratur, an aquam ducere actori liceret; non enim tam necessariam refectionem (5) itinerum, quam rivo-rum esse, quando non refectis rivis omnis usus aquae auferretur (6), et homines siti necarentur. Et sane aqua pervenire, nisi refecto rivo, non potest; at non refecto itinere difficultas tantum eundi agendique fieret, quae temporibus aestivis levior esset.

## TIT. XXII [XXI]

## DE FONTE

ULPIANUS *libro LXX. ad Edictum.* — Praetor ait: UTI DE EO FONTE, QUO DE AGITUR, HOC ANNO AQUA (7) NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO USUS ES, QUO MINUS ITA UTARIS, VIM FIERI VETO. DE LACU, PUTEO, PISCINA ITEM INTERDICAM.

§ 1.—Hoc interdictum proponitur ei, qui fontana aqua uti prohibetur; servitutes enim non tantum aquae ducendae esse solent, verum etiam hauriendae; et sicut discretas sunt servitutes ductus aquae, et haustus aquae, ita interdicta separatim redduntur.

§ 2.—Hoc autem interdictum locum habet, si

(1) vaporibus, omitela Hal.

(2) Hal. Vulg.; infecto, el código Fl.

(3) Véase la nota 5., página 441.

(4) ita, considerase añadida por antiguos copistas.

una canal nueva, ó cañerías, no habiéndolas tenido nunca, dice Labeo que habrá de tener este interdicto útil; nosotros opinamos también en este caso, que se ha de atender á la utilidad del que conduce el agua sin incomodidad de aquel de quien es el campo.

§ 3.—Si el agua fuese conducida á un lago, y de allí fuera llevada por muchos acueductos, tendrá este interdicto útil el que quiera reparar el mismo lago.

§ 4.—Este interdicto es pertinente para todas las acequias, ya se hallen establecidas en terreno público, ya en privado.

§ 5.—Pero aunque la acequia sea de agua caliente, compete este interdicto para repararla.

§ 6.—Aristón opina que compete la acción útil también para restablecer la cañería por la cual se hace salir el vapor en los baños de vapor; y se habrá de decir que por esta causa compete el interdicto útil.

§ 7.—Este interdicto se da á las mismas personas, y contra las mismas, á las que y contra las que se dan respecto al agua los interdictos que arriba se han enumerado.

§ 1.—Si iussero servum meum opus facere, quum, quantum ad me pertinet, in clandestini suspicionem non veniret (4), servus autem meus putaverit, si rescisisset adversarius, prohibitorium eum, an teneat? Et non puto, quum mea persona sit intuenda.

§ 2.—In opere novo tam soli, quam coeli mensura facienda est.

§ 3.—Si quis propter opus factum ius aliquod praedii amisit, id restitui ex hoc interdicto debet.

**22. VENULEIUS libro II. Interdictorum.** — Si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderit (5), eaque in fundo coaluerit, utile est interdictum Quod vi aut clam intra annum; sed si annus praeterierit, nullam remanere actionem; radices, quae in fundo meo sint, tuas fieri, quia his accessiones sint.

§ 1.—Si quis vi aut clam araverit, puto eum teneri hoc interdicto perinde, atque si fossam fecisset; non enim ex qualitate operis huic interdicto locus est, sed ex opere facto, quod cohaeret solo.

§ 2.—Si ad ianuam meam tabulas fixeris, et ego eas priusquam tibi denunciarem, refixero, deinde invicem interdicto Quod vi aut clam exegerimus, (6) nisi remittas mihi, ut absolvar, condemnandum te, quasi rem non restituas, quanti mea intersit, aut (7) exceptionem mihi profuturam: «si non vi, nec clam, nec precario feceris».

(1) *Hal. Vulg.*; periculo, et códice *Fl.*

(2) *Hal. Vulg.*; denunciante, et códice *Fl.*

(3) in loco sacro, sive, considerantur añadidas por anti-  
quos copistas.

(4) venirem, *Hal.*

(5) depresseris, *Vulg.*

**20. PAULO; Comentarios á Sabino, libro XIII.** — Obra con violencia tanto aquel que obró habiéndose prohibido, como el que consiguió que no se le prohibiera, por ejemplo, denunciándole un peligro al adversario, ó cerrando la puerta.

§ 1.—Mas se entiende que se prohibió con cualquier acto del que prohíbe, esto es, ó diciendo éste que él prohíbe, ó oponiéndose con la mano, ó prohibiendo con el lanzamiento de una piedra.

§ 2.—Se entiende que aquel á quien se le prohibió obra con violencia mientras que la cosa permaneciere en el mismo estado; porque si después se hubiere convenido con el adversario, deja de obrar con violencia.

§ 3.—Asimismo, si el heredero de aquel á quien se le prohibió, ó el que de él hubiere comprado, hubiere obrado ignorando la causa precedente, manifiesta Pomponio que se ha de decir, que éste no incurre en el interdicto.

§ 4.—Lo que se hace en una nave, ó en otra cualquier cosa por grande que sea, pero mueble, no se comprende en este interdicto.

§ 5.—Ya si la obra se hiciera en sitio privado, ya si en público, ya si en lugar sagrado, ya si en otro religioso, compete el interdicto.

**21. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXIX.** — Si otro hubiese levantado violenta ó clandestinamente la obra que á uno se le mandó restituir á su primitivo estado por el juez, que hubiese sido aceptado para este interdicto, esto no obstante, se le manda en todo caso á aquél mismo que restituya la obra á su primitivo estado.

§ 1.—Si yo hubiere mandado que un esclavo mío hiciera una obra, no teniendo, por lo que á mí atañe, sospecha de clandestinidad, pero creyendo mi esclavo que si el adversario lo pudiese la prohibiría, ¿quedaré obligado? Y no lo creo, porque se ha de atender á mi persona.

§ 2.—En una obra nueva se ha de hacer la medida tanto del suelo, como del aire.

§ 3.—Si por causa de la obra que se hizo perdió alguien algún derecho de un predio, debe ser éste restituido en virtud de este interdicto.

**22. VENULEYO; Interdictos, libro II.** — Si de mi fundo hubieres llevado á tu fundo una vid mia, y ésta hubiere arraigado en tu fundo, hay dentro del año el interdicto útil de lo que se hizo violenta ó clandestinamente; pero si hubiere transcurrido el año, no queda ninguna acción; y las raíces, que hubiere en mi fundo se hacen tuyas, porque son accesorias de aquéllas.

§ 1.—Si alguno hubiere arado violenta ó clandestinamente, opino que queda él sujeto á este interdicto lo mismo que si hubiese hecho una fosa; porque há lugar á este interdicto no por la calidad de la obra, sino por la obra hecha, que está adherida al suelo.

§ 2.—Si en mi puerta hubieres fijado tablas, y yo las hubiere arrancado antes que te hiciese la denuncia, y después nos reclamáremos reciprocamente por el interdicto de lo que se hizo violenta ó clandestinamente, si no me dispensaras para que yo sea absuelto, habrás de ser condenado, como si no restituyeras la cosa á su primitivo estado, á cuanto me interesa, ó me habrá de aprovechar esta excepción: «si no hubieres hecho alguna cosa violenta ó clandestinamente».

(6) egerimus, al margen interior del códice *Fl.*

(7) *Taur.* según la escritura original; certe, inserta la corrección del códice *Fl.*, *Br.*

§ 3.—Si stercus per fundum meum tuleris, quum id te facere vetuissem, quamquam nihil damni feceris mihi, nec fundi mei faciem (1) mutaveris, tamen teneri te Quod vi aut clam, Trebatius ait; Labeo contra, ne etiam is, qui duntaxat iter per fundum meum fecerit, aut avem egerit, venatusve fuerit sine ullo opere, hoc interdicto teneatur.

§ 4.—Si quis proiectum aut stillicidium in sepulcrum immiserit, etiamsi ipsum monumentum non tangeret, recte cum eo agi, quod in sepulcro vi aut clam factum sit, quia sepulcri sit non solum is locus, qui recipiat humationem (2), sed omne etiam supra id coelum; eoque nomine etiam sepulcri violati agi posse.

§ 5.—Si is, qui denuntiaverit, se opus facturum, confestim opus fecerit, clam fecisse non intelligitur; nam si post tempus, videbitur clam fecisse.

## TIT. XXV [XXIV]

## DE REMISSIONIBUS

ULPIANUS libro LXXI. ad Edictum. — Ait Praetor: QUOD IUS SIT ILLI PROHIBERE, NE SE INVITO FIAT, IN EO NUNTIATIO TENEAT; CETERUM NUNTIATIONEM MISAM FACIO (3).

§ 1.—Sub hoc título remissiones proponuntur.

§ 2.—Et verba Praetoris ostendunt, remissionem ibi demum factam (4), ubi nuntiatio non (5) tenet; et nuntiationem ibi demum voluisse Praetorem tenere, ubi ius est nuntianti prohibere, ne se invito fiat. Ceterum sive satisfactio interveniat, sive non, remissio facta hoc tantum remittit, in quo non (6) tenuit nuntiatio. Plane si satisfactum est, exinde remissio facta est, non est necessaria remissio.

§ 3.—Ius habet opus novum nuntiandi, qui aut dominium, aut servitutem habet.

§ 4.—Item Iuliano placet, fructuario vindicandarum servitutum ius esse; secundum quod opus novum nuntiare poterit vicino, et remissio utilis erit; ipsi autem domino praedii si nuntiaverit, remissio inutilis erit; neque sicut adversus vicinum, ita adversus dominum agere potest, ius ei non esse invito se altius aedificare; sed si hoc facto usufructus deterior fiat, petere usufructum debet. Idem Iulianus dicit de ceteris, quibus aliqua servitus a vicino debetur.

§ 5.—Ei quoque, qui pignori fundum acceperit, scribit Iulianus, non esse iniquum detentionem servitutis dari.

## TIT. XXVI [XXV]

DE PRECARIO  
[Cf. Cod. VIII. 9.]

1. ULPIANUS libro 1. Institutionum. — Precarium

(1) Los códices citados por Br.; faciem, omitela el códice Fl.

(2) Taur. según el códice Fl., que dice humanitatem —; humanitatem, conjetura Br.

§ 3.—Si hubieres llevado estiércol por mi fundo, habiéndote yo vedado que lo hicieras, dice Trebatius, que, aunque no me hubieres causado ningún daño, ni hubieres cambiado el aspecto de mi fundo, estás, sin embargo, sujeto al interdicto de lo que se hizo violenta ó clandestinamente; Labeo dice lo contrario, para que no quede sujeto á este interdicto también el que solamente hubiere pasado por mi fundo, ó hubiere cazado aves ú otra caza, sin hacer ninguna obra.

§ 4.—Si alguno hubiere hecho voladizo sobre un sepulcro, ó echare sobre él estilicidio, aunque no le toque al mismo monumento, con razón se ejercitará contra él el interdicto por lo que se hizo violenta ó clandestinamente, porque no es del sepulcro solamente el lugar en que se hace la inhumación, sino también todo el espacio de cielo que hay sobre él; y por tal motivo se puede ejercitar también la acción de sepulcro violado.

§ 5.—Si el que hubiere hecho la denuncia de que él hará una obra, la hiciere inmediatamente, no se entiende que la hizo clandestinamente; pero si después de tiempo, se considerará que la hizo clandestinamente.

## TÍTULO XXV [XXIV]

## DE LAS REMISIONES

ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXI. — Dice el Pretor: «Tenga valor la denuncia respecto á lo que uno tenga derecho para prohibir que se haga contra su voluntad; en otro caso doy por remitida la denuncia».

§ 1.—Bajo este título se proponen las remisiones.

§ 2.—Y las palabras del Pretor demuestran, que se hace la remisión solamente cuando no es válida la denuncia; y quiso el Pretor que la denuncia fuese válida sólo cuando el denunciante tiene derecho á prohibir, que no se haga alguna cosa contra su voluntad. Por lo demás, ya si mediara fianza, ya si no, la remisión hecha dispensa solamente de aquello respecto á lo que no fué válida la denuncia. Pero si se dió fianza, se hizo por ello la remisión, y no es necesaria ésta.

§ 3.—Tiene derecho para denunciar obra nueva el que tiene el dominio ó una servidumbre.

§ 4.—También le parece bien á Juliano que tiene el usufructuario derecho para reivindicar la servidumbre; según lo que podrá denunciarle una obra nueva al vecino, y será útil la remisión; mas si le hubiere hecho la denuncia al mismo dueño del predio, la remisión será inútil; y no puede ejercitar contra el dueño, como contra el vecino, la acción de que no tiene derecho para edificar más alto contra su voluntad; pero si hecho esto se empeorase el usufructo, deberá pedir el usufructo. Lo mismo dice Juliano de los demás á quienes por el vecino se les debe alguna servidumbre.

§ 5.—Escribe Juliano, que no es injusto que también al que hubiere recibido en prenda un fundo se le dé la retención de una servidumbre.

## TÍTULO XXVI [XXV]

DEL PRECARIO  
[Véase Cód. VIII. 9.]

1. ULPIANO; Instituta, libro I.—Es precario lo que

(3) FACITO, Hal.

(4) valere, inserta Vulg.

(5) non, omitela Vulg.

(6) non, omitela Vulg.

est, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur.

§ 1.—Quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit.

§ 2.—Et distat a donatione eo, quod, qui donat, sic dat, ne recipiat, at qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, quum sibi libuerit precarium solvere.

§ 3.—Et est simile commodato, nam et qui commodat rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti re commodata permittat.

**2. IDEM (1) libro LXXI. ad Edictum.**—Ait Praetor: QUOD PRECARIO AB ILLO HABES, AUT DOLO MALO FECISTI, UT DESINERES HABERE, QUA DE RE AGITUR, ID ILLI RESTITUAS.

§ 1.—Hoc interdictum restitutorium est.

§ 2.—Et naturalem habet in se aequitatem; namque precarium revocare volenti competit. Est enim natura aequum, tamdiu de liberalitate mea uti, quamdiu ego velim, et ut possim revocare, quum mutavero voluntatem. Itaque quum quid precario rogatum est, non solum hoc interdicto uti possumus, sed etiam praescriptis verbis actione, quae ex bona fide oritur.

§ 3.—Habere precario videtur, qui possessionem vel corporis, vel iuris adeptus est ex hac solummodo causa, quod preces adhibuit, et impetravit, ut sibi possidere aut uti liceat;

**3. GAIVS libro XXV. ad Edictum provinciale.**—veluti si me precario rogaveris, ut per fundum meum ire vel agere tibi liceat, vel ut in tectum vel in aream aedium mearum stillicidium, vel tignum in parietem immissum habeas.

**4. ULPIANVS libro LXXI. ad Edictum.**—In rebus etiam mobilibus precarii rogatio constitit.

§ 1.—Memnisse autem nos oportet, eum, qui precario habet, etiam possidere.

§ 2.—Tenetur hoc interdicto non utique ille, qui precario rogavit, sed qui precario habet; etenim fieri potest, ut quis non rogaverit (2), sed habeat precario, ut puta servus meus rogavit, mihi acquisivit precarium, vel quis alius, qui iuri meo subiectus est.

§ 3.—Item si rem meam precario rogavero, rogavi quidem precario, sed non habeo precario, idcirco quia receptum est, rei suae precarium non esse.

§ 4.—Item qui precario ad tempus rogavit, finito tempore, etiamsi ad hoc temporis non rogavit, tamen precario possidere videtur; intelligitur enim dominus, quum patitur eum, qui precario rogaverit, possidere, rursus precario concedere.

**5. POMPONIVS libro XXIX. ad Sabinum.**—Sed si manente adhuc precario tu in ulterius tempus rogasti, prorogatur precarium; nam nec mutatur causa possessionis, et non constituitur eo modo precarium, sed in longius tempus profertur. Si vero praeterita die rogas, propius est, ut soluta iam causa precarii non redintegretur, sed nova constituatur.

al que lo pide con ruegos se le concede para que lo use en tanto que lo consiente el que se lo concedió.

§ 1.—Esta especie de liberalidad proviene del derecho de gentes.

§ 2.—Y se diferencia de la donación en que el que dona da de suerte que no recobre, pero el que concede en precario da como si hubiera de recobrar tan pronto como le pluguere extinguir el precario.

§ 3.—Y es semejante al comodato, porque el que da en comodato una cosa la da en comodato de modo, que no haga la cosa del que la recibe, sino para permitirle que use de la cosa dada en comodato.

**2. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXI.**—Dice el Pretor: «Le restituirás á uno lo que de él tienes en precario, ó hiciste con dolo malo que dejas de tenerlo, y por cuya cosa se reclama».

§ 1.—Este interdicto es restitutorio.

§ 2.—Y contiene en sí equidad natural; porque le compete al que quiere revocar el precario. Porque es equitativo por naturaleza que uno use de mi liberalidad en tanto que yo quiera, y que yo pueda revocarla cuando hubiere cambiado de voluntad. Y así, cuando se rogó alguna cosa en precario, podemos usar no solamente de este interdicto, sino también de la acción de las palabras prescritas, que nace de la buena fe.

§ 3.—Se considera que tiene en precario el que alcanzó la posesión de una cosa corpórea ó de un derecho solamente por esta causa, porque dirigió súplicas é impetró, que le fuera licito poseer ó usar;

**3. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro XXV.**—como si me hubieres rogado en precario que te sea licito pasar ó conducir por mi fundo, ó que tengas estilicidio sobre el techo ó en patio de mi casa, ó que en pared de ésta apóyes una viga.

**4. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXI.**—El ruego en precario tuvo lugar también respecto á cosas muebles.

§ 1.—Mas debemos tener presente que el que tiene en precario también posee.

§ 2.—Está sujeto á este interdicto no ciertamente el que rogó en precario, sino el que tiene en precario; porque puede suceder, que alguno no haya rogado, pero tenga en precario; por ejemplo, rogó y adquirió para mí el precario un esclavo mío, ú otro cualquiera que está sujeto á mi potestad.

§ 3.—Asimismo, si yo hubiere rogado en precario una cosa mía, la rogué ciertamente en precario pero no la tengo en precario, y esto, porque se admitió que no había precario de una cosa propia.

§ 4.—También el que rogó en precario por cierto tiempo, finido el tiempo, se considera que, aunque no rogó para este tiempo, posee, no obstante, en precario. Porque se entiende que el dueño, cuando consiente que posea una cosa el que la hubiere rogado en precario, se la concede de nuevo en precario.

**5. POMONIO; Comentarios á Sabino, libro XXIX.**—Pero si subsistiendo todavía el precario lo rogaste por más tiempo, se proroga el precario; porque no se cambia la causa de la posesión, y no se constituye precario de este modo, sino que se proroga por más largo tiempo. Mas si lo rogaras transcurrido el tiempo, es más cierto que no se reintegra la causa del precario ya extinguida, sino que se constituye otra nueva.

(1) Iulianus, Vulg.

(2) El código citado por Br., rogavit, el código Fl.

6. **ULPIANUS libro LXXI. ad Edictum.** — Certe si interim dominus furere coeperit, vel decesserit, fieri non posse, Marcellus ait, ut precarium redintegretur; et hoc verum est.

§ 1.—Si procurator meus me mandante, vel ratum habente, precario rogaverit, ego precario habere proprie dicor.

§ 2.—Is, qui rogavit, ut precario in fundo moretur, non possidet, sed possessio apud eum, qui concessit, remanet; nam et fructuarius, inquit, et colonus, et inquilinus sunt in praedio, et tamen non possident.

§ 3.—Iulianus ait, eum, qui vi alterum deiecit, et ab eodem precario rogavit, desinere vi possidere, et incipere precario; neque existimare, sibi ipsum causam possessionis mutare, quum voluntate eius, quem (1) deiecit, coeperit precario possidere; nam si ab eodem emisset, incipere etiam pro emptore posse dominium capere.

§ 4.—Quaesitum est, si quis rem suam pignori mihi dederit, et precario rogaverit, an hoc interdictum locum habeat; quaestio in eo est, ut (2) precarium consistere rei suae (3) possit. Mihi videtur verius, precarium consistere in pignore, quum possessionis rogetur, non proprietatis. Et est haec sententia etiam utilissima; quotidie enim precario rogantur creditores ab his, qui pignori dederunt; et debet consistere precarium.

7. **VENULEIUS libro III. Interdictorum.** — Sed et si eam rem, cuius possessionem per interdictum *Uti possidetis* retinere possim, quamvis futurum esset, ut tenear de proprietate, precario tibi concesserim, teneberis hoc interdicto.

8. **ULPIANUS (4) libro LXXI. ad Edictum.** — Quaesitum est, si Titius me rogaverit, ut re Sempronii utatur, deinde ego Sempronium rogavero, ut concederet, et ille, dum mihi vult praestitum, concesserit; Titius a me habet precario, et ego cum eo agam interdicto de precario; Sempronius autem non aget cum eo, quia haec verba: «ab illo precario habes», ostendunt, ei demum competere interdictum, a quo quis precario rogavit, non cuius res est. An tamen Sempronius mecum, quasi a me rogatus, interdictum habeat? Et magis est, ne habeat, quia non habeo precario, quum non mihi, sed alii impetravi; mandati tamen actionem potest adversus me habere, quia me mandante dedit tibi; aut (5) si quis dixerit, non mandatu meo, sed magis mihi credentem (6) hoc fecisse, dicendum est, in factum dandam actionem et adversus me.

§ 1.—Quod a Titio precario quis rogavit, id etiam ab herede eius precario habere videtur; et ita et Sabinus, et Celsus scribunt, eoque iure utimur. Ergo et a ceteris successoribus habere quis precario videtur. Idem et Labeo probat, et adiicit, etiam si ignoret quis heredem, tamen videri eum ab herede precario habere.

(1) qui, *Hal.*  
(2) quod, *Hal.*  
(3) non, *inserta Hal.*  
(4) Idem, *Vulg.*

6. **ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXI.** — Ciertamente que si entretanto el dueño hubiere comenzado á estar loco, ó hubiere fallecido; dice Marcelo, que no puede suceder que se reintegre el precario; y esto es verdad.

§ 1.—Si mi procurador hubiere rogado en precario, mandandoselo yo, ó ratificandolo, se dice con propiedad que yo tengo en precario.

§ 2.—El que rogó que se le permitiese morar en precario en un fundo, no lo posee, sino que la posesión permanece en poder del que se lo concedió; porque también, dice, están en el predio el usufructuario, el colono, y el inquilino, y, sin embargo, no poseen.

§ 3.—Dice Juliano, que el que lanzó á otro á la fuerza, y le rogó al mismo en precario, deja de poseer á la fuerza, y comienza á poseer en precario; y que no estina que él se cambia á sí mismo la causa de la posesión, porque comenzó á poseer en precario por voluntad de aquel á quien lanzó; porque si le hubiese comprado al mismo, podía comenzar también á adquirir el dominio como comprador.

§ 4.—Se preguntó, si tendrá lugar este interdicto, si alguno me hubiere dado en prenda una cosa suya; la cuestión estriba en esto, en si puede existir el precario de una cosa propia. A mi me parece más verdadero, que el precario existe sobre la prenda, puesto que se ruega de la posesión, no de la propiedad. Y esta opinión es utilísima; porque diariamente se les ruega á los acreedores por los que dieron en prenda; y debe subsistir el precario.

7. **VENULEYO; Interdictos, libro III.** — Pero también estarás sujeto á este interdicto, si yo te hubiere concedido en precario la cosa cuya posesión pudiera yo retener por el interdicto *Uti possidetis*, aunque hubiera de suceder que yo quede obligado respecto á la propiedad.

8. **ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXI.** — Se preguntó, si Ticio me hubiere rogado usar de una cosa de Sempronio, y luego yo le hubiere rogado á Sempronio que se la concediese, y él se la hubiere concedido queriendo que á mí me fuese prestada la cosa; Ticio la tiene de mí en precario, y yo ejercitaré contra él por el precario el interdicto; pero Sempronio no lo ejercitará contra él, porque estas palabras: «tienes de él en precario», demuestran que le compete el interdicto solamente á aquel á quien uno le rogó en precario, no á aquel de quien es la cosa. Mas tendrá Sempronio contra mí el interdicto, como si me hubiese rogado? Y es más cierto que no lo tiene, porque yo no tengo en precario, habiendo impetrado no para mí, sino para otro; pero puede tener contra mí la acción de mandato, porque te dió la cosa mandandoselo yo; ó si alguno dijere que esto lo hizo no por mandato mío, sino más bien dándome crédito, se ha de decir, que se ha de dar la acción por el hecho también contra mí.

§ 1.—Lo que uno le rogó á Ticio en precario, se considera que lo tiene en precario también por el heredero de aquél; y así lo escriben Sabino y Celso, y este derecho observamos. Luego también se considera que uno tiene en precario por los demás sucesores. Lo mismo aprueba también Labeo, y añade, que aunque uno ignore cuál sea el heredero, se considera, sin embargo, que él tiene en precario por el heredero.

(5) ac, *Hal.*  
(6) me intercedente, *Vulg.*

§ 2.—Illud tamen videamus, quale sit, si a me precarium rogaveris, et ego eam rem alienavero, an precarium duret re ad alium translata. Et magis est, ut si ille non revocet, posse (1) interdicere, quasi ab illo precario habeas, non quasi a me; et si passus est aliquo tempore a se precario habere, recte interdicet, quasi a se precario habeas.

§ 3.—Eum quoque precario teneri voluit Praetor, qui dolo fecit, ut habere desineret. Illud adnotatur, quod culpam non praestat is, qui precario rogavit, sed solum dolum praestat, quamquam is, qui commodatum suscepit, non tantum dolum, sed etiam culpam praestat; nec immerito dolum solum praestat is, qui precario rogavit, quum totum hoc (2) ex liberalitate descendat eius, qui precario concessit, et satis sit, si dolus tantum praestetur; culpam tamen dolo proximam contineri quis merito dixerit.

§ 4.—Ex hoc interdicto restitui debet in primitivam causam; quodsi non fuerit factum, condemnatio in tantum fiet, quanti interfuit actoris, et rem restitui (3) ex eo tempore, ex quo interdictum editum est; ergo et fructus ex die interdicti editi praestabuntur.

§ 5.—Si servitute usus non fuit is, qui precario rogavit, ac per hoc amissa sit, videamus, an interdicto teneatur; ego arbitror, non alias, quam si dolo fecerit.

§ 6.—Et generaliter erit dicendum, in restitutionem venire dolum et culpam latam duntaxat, cetera non venire. Plane post interdictum editum oportebit et dolum, et culpam, et omnem causam venire; nam ubi moram quis fecit precario, omnem causam debet constituisse (4).

§ 7.—Interdictum hoc et post annum competere Labeo scribit, eoque iure utimur; quum enim nonnunquam in longum tempus precarium concedatur, absurdum est dicere, interdictum locum non habere post annum.

§ 8.—Hoc interdicto heres eius, qui precario rogavit, tenetur, quemadmodum ipse, ut, sive habet, sive dolo fecit, quominus haberet, vel ad se perveniret, teneatur; ex dolo autem defuncti hactenus, quatenus ad eum pervenit.

9. GAIUS libro XXVI. ad Edictum provinciale.—Precario (5) possessio constitui (6) potest vel inter praesentes, vel inter absentes, veluti per epistolam, vel per nuntium.

10. POMPONIUS libro V. ex Plautio.—Quamvis ancillam quis precario rogaverit, id actum videtur, ut etiam quod ex ancilla natum esset, in eadem causa haberetur.

11. CELSUS libro VII. Digestorum.—Si debitor rem pignoratam precario rogaverit, soluta pecunia precarium solvitur, quippe id actum est, ut usque eo precarium teneret.

12. IDEM (7) libro XXV. Digestorum.—Quum precario aliquid datur, si convenit, ut in kalendas

§ 2.—Mas veamos, qué será, si me hubieres rogado una cosa en precario, y yo hubiere enajenado esta cosa, si subsistirá el precario habiendo sido transferida á otro la cosa. Y es más cierto, que, si él no lo revoca, puedes interponer el interdicto, como si de él la tuvieras en precario, no como si de mí; y si consintió que por algún tiempo la tuvieras de él en precario, con razón interpondrá el interdicto, como si de él la tuvieras en precario.

§ 3.—El Pretor quiso que estuviere obligado por el precario también el que hizo con dolo que dejara de poseer. Se ha de notar, que no responde de la culpa el que rogó en precario, sino que responde solamente del dolo aun cuando el que recibió una cosa en comodato responde no solamente del dolo, sino también de la culpa; y no sin razón responde solamente del dolo, el que rogó en precario, porque todo esto proviene de liberalidad del que concedió la cosa en precario, y es bastante si se responde solamente del dolo; más con razón dirá alguno que se comprende la culpa próxima al dolo.

§ 4.—En virtud de este interdicto se debe restituir la cosa á su primitiva causa; pero si no se hubiere hecho esto, se hará condenación por tanto cuanto le importó al actor que la cosa se le restituyera desde el tiempo en que se expidió el interdicto; luego también se entregarán los frutos producidos desde el día en que se expidió el interdicto.

§ 5.—Si el que rogó en precario no usó de la servidumbre, y por esto se hubiera perdido ella, veamos si quedará sujeto al interdicto; yo opino, que no de otra suerte, sino si lo hubiere hecho con dolo.

§ 6.—Y en general se habrá de decir, que en la restitución se comprenden solamente el dolo y la culpa lata, y que lo demás no va comprendido. Y á la verdad, convendrá que después de expedido el interdicto se comprenda así el dolo como la culpa y toda causa; porque cuando alguno incurrió en mora en el precario, deberá restituir toda causa.

§ 7.—Escribe Labeo, que este interdicto compete también después del año, y este derecho observamos; porque concediéndose algunas veces el precario por largo tiempo, es absurdo decir que el interdicto no tiene lugar después del año.

§ 8.—Por este interdicto queda obligado el heredero del que rogó en precario, así como éste mismo, de suerte que esté obligado, ya si tiene la cosa, ya si con dolo hizo que no la tuviera; mas por dolo del difunto, en tanto cuanto fué á poder de él.

9. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro XXVI.—La posesión en precario se puede constituir ó entre presentes ó entre ausentes, por ejemplo, por medio de carta, ó de mensajero.

10. POMPONIO; Doctrina de Plaucio, libro V.—Aunque alguno hubiere rogado en precario una esclava, se considera que se convino que fuese tenido en su misma condición también lo que de la esclava hubiese nacido.

11. CELSO; Digesto, libro VII.—Si el deudor hubiere rogado en precario la cosa dada en prenda, pagado el dinero no se disuelve el precario, porque se convino esto, que hasta entonces subsista el precario.

12. EL MISMO; Digesto, libro XXV.—Cuando se da alguna cosa en precario, si se convino que uno

(1) possis, Hal.

(2) hoc, considerase añadida por antiguos copistas.

(3) et, inserta Hal.

(4) restituere, Hal. Vulg.

(5) Precaria, Vulg.

(6) Hal. Vulg.; consisti, el códice Fl.

(7) Iulianus, Hal.

Iulias precario possideat, numquid exceptione adiuvandus est, ne ante ei possessio auferatur? Sed nulla vis est huius conventionis, ut rem alienam domino invito possidere liceat.

§ 1.—Precario (1) rogatio et ad heredem eius, qui concessit, transit, ad heredem autem eius qui precario rogavit, non transit, quippe ipsi duntaxat, non etiam heredi concessa possessio est.

13. POMPONIUS libro XXXIII. ad Quintum Mucium.— Si servus tuus tuo mandato precario rogaverit, vel ratum habueris, quod ille rogavit tuo nomine, teneberis, quasi precario habeas. Sed si te ignorante suo nomine vel servus vel filius rogaverit, non videris tu precario habere, sed illi erit actio de peculio, vel de in rem verso.

14. PAULUS libro XIII. ad Sabinum.— Interdictum de precariis (2) merito introductum est, quia nulla eo nomine iuris civilis actio esset; magis enim ad donationes et beneficii causam, quam ad negotii contracti spectat precarii conditio.

15. POMPONIUS libro XXIX. ad Sabinum.— Et habet summam aequitatem, ut eatenus quisque nostro utatur, quatenus ei tribuere velimus.

§ 1.—Hospites, et qui gratuitam habitationem accipiunt, non intelliguntur precario habitare.

§ 2.—Precario habere etiam ea, quae in iure consistunt, possumus, ut immissa vel protecta.

§ 3.—Quum quis de re sibi restituenda cautum habet, precarium interdictum ei non competit.

§ 4.—Eum, qui precario rogaverit, ut sibi possidere liceat, nancisci possessionem non est dubium. An is quoque possideat, qui rogatus sit, dubitatum est; placet autem, penes utrumque esse eum hominem, qui precario datus esset, penes eum, qui rogasset, quia (3) possederat corpore, penes dominum, quia non discesserit animo possessione.

§ 5.—Quo quis loco precario aut possideat, aut coeperit possidere, nihil refert, quo ad hoc interdictum pertinet.

16. IDEM (4) libro XXXII. ad Sabinum.— Si adoptaverit eum, qui precario rogaverit, ego quoque precario possidebo.

17. IDEM (5) libro XXIII. ad Sabinum.— Qui precario fundum possidet, is interdicto *Uti possidetis* adversus omnes, praeter eum, quem rogavit, uti potest.

18. IULIANUS libro XIII. *Digestorum*.— Unusquisque potest rem suam, quamvis non possideat, precario dare ei, qui possideat.

19. IDEM libro XLIX. *Digestorum*.— Duo in solidum precario habere non magis possunt, quam duo in solidum vi possidere aut clam; nam neque iustae, neque iniustae possessiones duae concurrere possunt.

(1) Precarii, *Vulg.*

(2) precario, *Vulg.*

(3) *Taur. al margen*; qua, en el texto

la posea en precario hasta las calendas de Julio, ¿ha de ser auxiliado con excepción, para que no se le quite antes la posesión? Mas es nula la fuerza de esta convención, para que sea lícito poseer una cosa ajena contra la voluntad de su dueño.

§ 1.—El ruego en precario pasa también al heredero del que lo concedió, pero no pasa al heredero del que lo rogó en precario, porque la posesión le fué concedida solamente á este mismo, no también al heredero.

13. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XXXIII.*—Si tu esclavo hubiere rogado en precario por mandato tuyo, ó tú hubieres ratificado lo que él rogó en tu nombre, estarás obligado, como si tuvieras una cosa en precario. Pero si ignorándolo tú la hubiere rogado en su nombre ó tu esclavo ó tu hijo, no se considera que la tienes en precario, sino que tendrá el que la dió la acción de peculio, ó de lo que se aplicó á cosa tuya.

14. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro XIII.*— Con razón se introdujo el interdicto para los precarios, porque por tal título no había ninguna acción de derecho civil; porque la condición del precario se refiere más bien á las donaciones y á lo que es causa de beneficio, que no á negocio contratado.

15. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXIX.*— Y tiene suma equidad, que uno use de lo nuestro en tanto que queramos concedérselo.

§ 1.—No se entiende que habitan en precario los huéspedes, y los que reciben habitación gratuita.

§ 2.—Podemos tener en precario también lo que consiste en un derecho, como el tener viga apoyada, ó voladizo.

§ 3.—Cuando alguno tiene caución de que se le restituirá la cosa, no le compete el interdicto por el precario.

§ 4.—No es dudoso que adquiere la posesión el que hubiere rogado en precario que le sea lícito poseer. Se dudó si también poseerá aquel á quien se le hubiera rogado; mas está determinado, que el esclavo, que hubiese sido dado en precario, esté en poder de uno y de otro, en poder del que lo hubiese rogado, porque lo posee corporalmente, y en poder del dueño, porque no se separó de la posesión con el ánimo.

§ 5.—Nada importa, por lo que á este interdicto se refiere, en qué lugar posea uno, ó haya comenzado á poseer.

16. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXXII.*—Si yo hubiere adoptado al que hubiere rogado en precario, yo también poseeré en precario.

17. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXIII.*—El que en precario posee un fundo puede usar del interdicto *Uti possidetis* contra todos, excepto contra aquel á quien le rogó.

18. JULIANO; *Digesto, libro XIII.*—Cada cual puede dar, aunque no la posea, una cosa suya en precario á otro para que la posea.

19. EL MISMO; *Digesto, libro XLIX.*—Dos no pueden tener solidariamente en precario una cosa, no de otra suerte que no pueden poseerla violenta ó clandestinamente los dos solidariamente; porque no pueden concurrir dos posesiones ni justas ni injustas.

(4) Iulianus, *Hal.*

(5) Iulianus, *Hal.*

§ 1.—Qui servum meum precario rogat, videtur a me precario habere, si hoc ratum habuero; et ideo precario interdicto mihi tenebitur.

§ 2.—Quum quid precario rogatum est, non solum interdicto uti possumus, sed et incerti conditione, id est (1) praescriptis verbis.

20. ULPIANUS libro II. Responsorum.—Ea, quae distracta sunt, ut precario penes emtorem essent, quoad pretium universum persolveretur, si per emtorem stetit, quominus persolveretur, venditorem posse consequi.

21. VENULEIUS libro IV. Actionum.—Quum precario quis rogat, ut ipsi in eo fundo morari liceat, supervacuum est adici: «ipsi suisque»; nam per ipsum suis quoque permissum uti videtur.

22. IDEM (2) libro III. Interdictorum.—Si is, qui pro possessore possideret, precario dominum rogaverit, ut sibi retinere rem liceret, vel is, qui alienam rem emisset, dominum rogaverit, apparet, eos precario possidere; nec existinandos mutare sibi causam possessionis, quibus a domino concedatur precario possidere; nam et si id, quod possideas, alium precario rogaveris, videri te desinere ex prima causa possidere, et incipere ex precario habere; et contra si possessorem precario rogaverit, qui rem avocare ei posset, teneri eum precario, quoniam aliquid ad eum per hanc precarii rogationem pervenit, id est possessio, quae aliena sit.

§ 1.—Si pupillus sine tutoris auctoritate precario rogaverit, Labeo ait, habere eum precariam possessionem, et hoc interdicto teneri; nam quo magis naturaliter possideretur (3), nullum locum esse tutoris auctoritati (4), recteque dici: «quod precario habes» (5), quia quod possideat, ex ea causa possideat, ex qua rogaverit; nihilque novi (per) Praetorem constituendum, quoniam, sive habeat rem, officio iudicis teneretur, sive non habeat, non teneatur.

#### TIT. XXVII [XXVI]

##### DE ARBORIBUS CAEDENDIS

1. ULPIANUS libro LXXI. ad Edictum.—Ait Praetor: QUAE ARBOR EX AEDIBUS TUIS IN AEDES ILLIUS IMPENDET, SI PER TE STAT, QUO MINUS EAM ADIMAS, TUNC, QUO MINUS ILLI EAM ARBOREM ADIMERE SIBIQUE HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO.

§ 1.—Hoc interdictum prohibitorium est.

§ 2.—Si arbor aedibus alienis impendeat, utrum totam arborem iubeat Praetor adimi, an vero id solum, quod superexcurrit (6), quaeritur. Et Rutilius ait, a stirpe excindendam (7), idque plerisque videtur verius; et nisi adimeret (8) dominus arborem, Labeo ait permitti ei, cui arbor officeret, ut, si vellet, succideret eam, lignaque tolleret.

(1) id est, *omitelas Hal.*

(2) Ulpianus, *Hal.*

(3) possideret, *Hal. Vulg.*

(4) *Hal. Vulg.*; auctoritate, *el códice Fl.*

(5) habeat, *Hal.*

§ 1.—Se considera que el que ruega en precario á un esclavo mío tiene en precario por mí, si yo lo hubiere ratificado; y por esto, me estará obligado por el interdicto del precario.

§ 2.—Cuando se rogó alguna cosa en precario, podemos utilizar no solamente el interdicto, sino también la condición de cosa incierta, esto es, la acción de las palabras prescritas.

20. ULPIANO; *Respuestas, libro II.*—El vendedor puede conseguir que estén en precario en poder del comprador las cosas que se vendieron, hasta que se pague todo el precio, si en el comprador consistió que no se pagara.

21. VENULEYO; *Acciones, libro IV.*—Cuando alguno ruega en precario que á él le sea lícito morar en un fundo, es superfluo que se añada: «á él y á los suyos»; porque se considera que mediante él se les permitió usar también á los suyos.

22. EL MISMO; *Interdictos, libro III.*—Si el que poseyese como poseedor le hubiere rogado en precario al dueño que le fuese lícito retener la cosa, ó si el que hubiese comprado una cosa ajena se la hubiere rogado al dueño, aparece que ellos poseen en precario; y no se ha de estimar que cambian para sí la causa de la posesión aquellos á quienes se les concede por el dueño que posean en precario; porque también si le hubieres rogado en precario á otro lo que posees, se considera que dejas de poseer por la primera causa, y que comienzas á tener la cosa en precario; y al contrario, si le hubiere rogado en precario al poseedor el que pudiera reclamarle la cosa, está él sujeto al precario, porque algo fué á poder de él por medio de este ruego del precario, esto es, la posesión, que era de otro.

§ 1.—Si el pupilo hubiere rogado en precario sin la autoridad del tutor, dice Labeo, que tiene él la posesión precaria, y que está sujeto á este interdicto; porque no ha lugar á la autoridad del tutor para que se posea más naturalmente, y con razón se dice: «lo que tienes en precario», porque lo que posee lo posee por la causa por la que lo hubiere rogado; y nada nuevo se ha de determinar por el Pretor, porque si tuviera la cosa, sería obligado por ministerio del juez, y si no la tuviera, no estaría obligado.

#### TÍTULO XXVII [XXVI]

##### DE LA CORTA DE ARBOLES

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXI.*—Dice el Pretor: «Vedo que se haga violencia para que no le sea lícito á uno quitar y tener para sí el árbol, que de tu casa pende sobre la de aquél, si en »tí consistiera que no lo quites».

§ 1.—Este interdicto es prohibitorio.

§ 2.—Si un árbol pendiera sobre la casa de otro, se pregunta, si mandará el Pretor que se quite todo el árbol, ó solamente lo que se extiende sobre ella. Y dice Rutilio, que ha de ser cortado de raíz, y esto le parece más verdadero á la mayor parte; y si el dueño no quitase el árbol, dice Labeo, que se le permite á aquel, á quien molestase el árbol, que lo corte, si quiere, y que se lleve la leña.

(6) super aedes excurrit, *Vulg.*

(7) Según nuestra enmienda; excindendam, *el códice Fl.*; excindendam, *Hal. Vulg.*

(8) *Hal.*; adimet, *el códice Fl.*

§ 3.—Arboris appellatione etiam vites continentur.

§ 4.—Non solum autem domino aedium, sed etiam ei, qui usumfructum habet, competit hoc interdictum, quia et ipsius interest, arborem istam non impendere.

§ 5.—Praeterea probandum est, si arbor communibus aedibus impendeat, singulos dominos habere hoc interdictum, et quidem in solidum, quia et servitutum vindicationem singuli habeant.

§ 6.—Ait Praetor: SI PER TE STAT, QUO MINUS EAM ADIMAS, (1) QUO MINUS ILLI EAM ARBOREM ADIMERE LICEAT, VIM FIERI VETO. Prius itaque tibi datur adimendi facultas; si tu non facias, tunc vicino prohibet vim fieri adimere volenti.

§ 7.—Deinde ait Praetor: QUAE ARBOR EX AGRO TUO IN AGRUM ILLIUS IMPENDET, SI PER TE STAT, QUO MINUS PEDES QUINDECIM A TERRA EAM ALTIUS COERCERES, TUNC QUO MINUS ILLI ITA COERCERE, LIGNAQUE SIBI HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO.

§ 8.—Quod ait Praetor, et lex duodecim Tabularum efficere voluit, ut quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur; et hoc idcirco effectum est, ne umbra arboris vicino praedio noceret.

§ 9.—Differentia duorum capitum interdicti haec est, si quidem arbor aedibus impendeat, succidi eam praecipitur, si vero agro impendeat, tantum usque ad quindecim pedes a terra coerceri.

2. POMPONIUS libro XXXIV. ad Sabinum.— Si arbor ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum sit, ex lege duodecim Tabularum de admenda ea recte agere potes, ius ei non esse ita arborem habere.

## TIT. XXVIII [XXVII]

## DE GLANDE LEGENDA

ULPIANUS libro LXXI. ad Edictum.— Ait Praetor: GLANDEM, QUAE EX ILLIUS AGRO IN TUUM CADAT (2), QUO MINUS ILLI TERTIO QUOQUE DIE LEGERE, AUFERRE LICEAT, VIM FIERI VETO.

§ 1.—«Glandis» nomine omnes fructus continentur.

## TIT. XXIX [XXVIII]

## DE HOMINE LIBERO EXHIBENDO

[Cf. Cod. VIII. 8.]

1. ULPIANUS libro LXXI. ad Edictum.— Ait Praetor: QUEM LIBERUM (3) DOLO MALO RETINES, EXHIBEBAS.

§ 1.—Hoc interdictum proponitur tuendae libertatis causa, videlicet, ne homines liberi retineantur a quoquam;

2. VENULEIUS (4) libro IV. Interdictorum.— nihil (5) enim multum a specie servientium differunt, quibus facultas non datur recedendi;

3. ULPIANUS libro LXXI. ad Edictum.— quod et

(1) TUNC, inserta Hal.

(2) CADIT, Hal.

(3) HOMINEM, inserta Hal. Vulg

§ 3.—Con la denominación de arbol se comprenden también las vides.

§ 4.—Mas este interdicto compete no solamente al dueño de la casa, sino también al que tiene el usufructo, porque también le interesa al mismo que no esté pendiente este arbol.

§ 5.—Además, se ha de admitir que si el arbol estuviera pendiente sobre casas comunes, tienen este interdicto cada uno de los dueños, y ciertamente solidariamente, porque también tiene cada uno la reivindicación de las servidumbres.

§ 6.—Dice el Pretor: «Vedo que se haga violencia para que no le sea lícito á uno quitar el arbol, »si en tí consistiera que no lo quites». Así, pues, se te da primeramente la facultad de quitarlo; si tú no lo hicieras, entonces se prohíbe que se haga violencia al vecino que quiera quitarlo.

§ 7.—Después dice el Pretor: «Si en tí consiste »que no impidas que se alce más de quince pies sobre la tierra el arbol, que de un campo tuyo pende »sobre el campo de otro, en este caso vedo que á »éste se le haga violencia para que así no lo reduzca, y tenga para sí la leña».

§ 8.—Lo que dice el Pretor, quiso también que se hiciera la ley de las Doce Tablas, para que se recortasen á más altura de quince pies las ramas de los árboles; y esto se hizo así, para que la sombra del arbol no perjudicase al predio vecino.

§ 9.—La diferencia entre los dos capítulos del interdicto es esta, que si el arbol pendiera sobre una casa, se manda que sea cortado, pero si pendiera sobre un campo, solamente que sea cortado á quince pies de la tierra.

2. POMONIO; Comentarios á Sabino, libro XXXIV.— Si por el viento hubiera sido inclinado sobre tu fundo un arbol del fundo del vecino, con razón puedes reclamar por la ley de las Doce Tablas para que sea quitado, que él no tiene derecho á tener así el arbol.

## TÍTULO XXVIII [XXVII]

## DE LA RECOLECCIÓN DE LA BELLOTA

ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXI.— Dice el Pretor: «Vedo que á uno se le haga violencia para que no recoja y se lleve cada tercero día la »bellota, que de un campo de él cayera sobre el tuyo».

§ 1.—Con la denominación de «bellota» se comprenden todos los frutos.

## TÍTULO XXIX [XXVIII]

## DE LA EXHIBICIÓN DE UN HOMBRE LIBRE

[Véase Cód. VIII. 8.]

1. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXI.— Dice el Pretor: «Exhibe el hombre libre que con »dolo malo retienes».

§ 1.—Propónese este interdicto para amparar la libertad, esto es, para que los hombres libres no sean retenidos por nadie;

2. VENULEYO; Interdictos, libro IV.— porque no se diferencian mucho de una especie de siervos aquellos á quienes no se les da facultad para marcharse;

3. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXI.

(4) Ulpianus, Vulg.

(5) Neque, Hal.

lex Favia prospexit; neque hoc interdictum aufert legis Faviae executionem; nam et hoc interdicto agi poterit, et nihilominus accusatio legis Faviae institui; et versa vice qui egit Favia, poterit nihilominus etiam hoc interdictum habere, praesertim quum alius interdictum, alius Faviae actionem habere possit.

§ 1.—Haec verba: «quem liberum», ad omnem liberum pertinent, sive pubes sit, sive impubes, sive masculus, sive femina (1), sive plures, sive sui iuris sit, sive alieni; hoc enim tantum spectamus, an liber sit.

§ 2.—Is tamen, qui in potestate habet, hoc interdicto non tenebitur, quia dolo malo non videtur habere, qui suo iure utitur.

§ 3.—Si quis eum, quem ab hostibus redemit, retineat, in ea causa est, ut interdicto non teneatur; non enim dolo malo facit. Plane si offertur pretium, interdictum locum habet. Sed et si eum remisit pretio non accepto, dicendum est, interdicto locum fore, si, posteaquam semel remisit, velit retinere.

§ 4.—Si eum quis retineat filium, quem non habet in potestate, plerumque sine dolo malo facere videbitur; pietas enim genuina efficit sine dolo malo retineri, nisi si evidens dolus malus intercedat. Proinde et si libertum suum, vel alumnum, vel noxae deditum adhuc impuberem, idem erit dicendum. Et generaliter, qui iustam causam habet hominis liberi apud se retinendi, non videtur dolo malo facere.

§ 5.—Si quis volentem retineat, non videtur dolo malo retinere. Sed quid si volentem quidem retineat, non tamen sine calliditate circumventum, vel seductum, vel sollicitatum, neque bona vel probabili ratione hoc facit? Recte dicetur dolo malo retinere.

§ 6.—Is, qui nescit apud se esse hominem liberum, dolo malo caret; sed ubi certioratus retinet, dolo malo non caret.

§ 7.—Plane si dubitat, utrum liber, an servus sit, vel facit status controversiam, recedendum erit ab hoc interdicto, et agenda causa libertatis; etenim recte placuit, tunc demum hoc interdictum locum habere, quoties quis pro certo liber est. Ceterum si quaeratur de statu, non oportet praeiudicium fieri alienae cognitioni.

§ 8.—Ait Praetor «exhibeas»; «exhibere» est, in publicum producere, et videndi tangendique hominis facultatem praebere; proprie autem exhibere est, extra secretum habere.

§ 9.—Hoc interdictum omnibus competit; nemo enim prohibendus est libertati favere.

§ 10.—Plane ex causa suspectae personae removendae sunt, si forte talis persona sit, quam verisimile est colludere, vel calumniari.

§ 11.—Sed et si mulier, vel pupillus hoc interdictum desideret, pro cognato, vel parente, vel affine suo solliciti (2), dandum esse iis interdictum, dicendum est; nam et publico iudicio reos facere possunt, dum suas suorumque iniurias exsequuntur.

§ 12.—Si tamen plures sunt, qui experiri volent, eligendus est a Praetore, ad quem maxime res

— a lo que también atendió la ley Favia; y este interdicto no priva de la ejecución de la ley Favia; porque se podrá ejercitar este interdicto, y entablar, sin embargo, la acusación de la ley Favia; y viceversa, el que ejercitó la acción de la ley Favia podrá, no obstante, tener también este interdicto, principalmente, porque puede uno tener el interdicto, y otro la acción de la ley Favia.

§ 1.—Estas palabras: «el hombre libre», se refieren á todo hombre libre, ya sea púbero, ya impúbero, ora varón, ora hembra, ya sean muchos, ya de propio, ya de ajeno derecho; porque solamente miramos esto, si es libre.

§ 2.—Mas el que tiene á otro bajo su potestad no se obligará por este interdicto, porque no se considera que lo tiene con dolo malo el que usa de su derecho.

§ 3.—Si alguno retuviera al que rescató de los enemigos, se halla en el caso de no estar obligado por este interdicto; porque no obra con dolo malo. Mas si le ofrece el precio, tiene lugar este interdicto. Pero también si lo dejó en libertad sin haber recibido el precio, se ha de decir que tendrá lugar el interdicto, si, después que una vez lo dejó en libertad, quisiera retenerlo.

§ 4.—Si alguno retuviera al hijo, que no tiene bajo su potestad, se considerará las más de las veces que obra sin dolo malo; porque la piedad paternal hace que sea retenido sin dolo malo, á no ser que mediara evidente dolo malo. Por lo cual se habrá de decir lo mismo, también si retiene á un libertado suyo, ó á un alumno, ó á uno que fué entregado por la noxa, todavía impúbero. Y en general, no se considera que el que tiene justa causa para retener en su poder á un hombre libre obra con dolo malo.

§ 5.—Si alguno retuviera al que quiere ser retenido, no parece que lo retiene con dolo malo. Mas ¿qué se dirá si retuviera ciertamente al que quiere ser retenido, mas engañado no sin astucia, ó seducido, ó sollicitado, y no por buena ó plausible razón? Con razón se dirá que lo retiene con dolo malo.

§ 6.—El que no sabe que tiene en su poder un hombre libre carece de dolo malo; pero cuando sabiéndolo lo retiene, no está exento de dolo malo.

§ 7.—Ciertamente que si duda si es libre ó esclavo, ó si promueve controversia sobre su estado, habrá que apartarse de este interdicto, y se habrá de ventilar la causa de la libertad; porque con razón se determinó, que tiene lugar este interdicto solamente cuando alguno es ciertamente libre. Pero si se cuestionase sobre el estado, no conviene que se cause perjuicio al otro conocimiento.

§ 8.—Dice el Pretor: «exhibe»; «exhibir» es presentar en público, y dar posibilidad de ver y de tocar al hombre; pero exhibir es propiamente tener libre de secreto.

§ 9.—Este interdicto les compete á todos; porque á nadie se le ha de prohibir que favorezca á la libertad.

§ 10.—Mas con conocimiento de causa deben ser excluidas las personas sospechosas, si acaso la persona es tal que es verosímil que haga colusión ó que calumnie.

§ 11.—Mas también si la mujer, ó el pupilo, pretendiese este interdicto, interesándose por un cognado, ó por un ascendiente, ó por un afin suyo, se ha de decir que se les ha de dar el interdicto; porque también pueden hacer reos á otros en juicio público, persiguiendo sus propias injurias y las de los suyos.

§ 12.—Mas si hubiera muchos que quisieran ejercitarlo, ha de ser elegido por el Pretor aquel á

(1) sive unus, inserta Vulg.

(2) sollicitato, Vulg.

pertinet, vel is, qui idoneior (1) est; et est optimum, ex coniunctione, ex fide, ex dignitate actorem hoc interdicto eligendum.

§ 13.—Si tamen, posteaquam hoc interdicto actum est, alius hoc interdicto agere desideret, palam erit, postea alii non facile dandum, nisi si de perfidia prioris potuerit aliquid dici. Itaque causa cognita amplius, quam semel interdictum hoc erit movendum. Nam nec in publicis iudiciis permittitur amplius agi, quum (2) semel actum est, quam si praevaricationis fuerit damnatus prior accusator. Si tamen reus condemnatus malit litis aestimationem sufferre, quam hominem exhibere, non est iniquum, saepius in eum interdicto experiri, vel eadem sine exceptione, vel alii.

§ 14.—Hoc interdictum et in absentem esse rogandum (3) Labeo scribit; sed si non defendatur, in bona eius eundum ait.

§ 15.—Hoc interdictum perpetuum est.

4. VENULEIUS libro IV. *Interdictorum*.—Si quis liberum hominem ignorantem suum statum retineat, tamen, si dolo malo retinet, cogitur exhibere.

§ 1.—Trebatius quoque ait, non teneri eum, qui liberum hominem pro servo bona fide emerit, et retineat.

§ 2.—Nullo tempore dolo malo retineri homo liber debet; adeo ut quidam putaverint, nec modicum tempus ad eum exhibendum dandum, quoniam praeriti facti poena praestanda est.

§ 3.—Creditori non competit interdictum, ut debitor exhiberetur; nec enim debitorem latitantem exhibere quisquam cogitur, sed in bona eius ex Edicto Praetoris itur.

### TIT. XXX [XXIX]

DE LIBERIS EXHIBENDIS, ITEM DUCENDIS

[Cf. Cod. VIII. 8.]

1. ULPIANUS libro LXXI. *ad Edictum*.—Ait Praetor: QUI QVAEVE IN POTESTATE LUCII TITII EST, SI IS EA VE APUD TE EST, DOLOVE MALO TUO FACTUM EST, QUO MINUS APUD TE ESSET, ITA EUM RAMVE EXHIBEAS.

§ 1.—Hoc interdictum proponitur adversus eum, quem quis exhibere desiderat eum, quem in potestate sua esse dicit. Et ex verbis apparet, ei, cuius in potestate est, hoc interdictum competere.

§ 2.—In hoc interdicto Praetor non admittit causam, cur apud eum sit is, qui exhiberi debet, quem admodum in superiore interdicto; sed omnimodo restituendum putavit, si in potestate est.

§ 3.—Si vero mater sit, quae retinet, apud quam interdum magis, quam apud patrem morari filium debere, ex iustissima scilicet causa, et Divus Pius decrevit, et a Marco et a Severo rescriptum est, aequè subveniendum ei erit per exceptionem.

§ 4.—Pari modo si iudicatum fuerit, non esse

(1) *Hal.*; idoneior, *el código Fl.*

(2) *Según conjetura Br.*; quam, *el código Fl.*; posteaquam, *Vulg.*

quien principalmente afecta la cosa, ó el que es más idóneo; y es lo mejor, que para este interdicto se elija actor, por el parentesco, por la probidad y por la dignidad.

§ 13.—Mas si después que se ejercitó este interdicto otro deseara ejercitar el mismo interdicto, será manifiesto que no se le ha de dar después con facilidad á otro, á no ser que se pudiere decir alguna cosa respecto á perfidia del primero. Y así, más de una vez, este interdicto se habrá de promover con conocimiento de causa. Porque en los juicios públicos no se permite ejercitar la acción más de una vez, cuando ya se ejercitó una, á no ser que el primer acusador hubiere sido condenado por praevaricación. Mas si el reo condenado quisiera pagar la estimación del litigio más bien que exhibir al hombre, no es injusto que se ejercite muchas veces contra él el interdicto, ó para el mismo sin excepción, ó para otro.

§ 14.—Escribe Labeon, que este interdicto ha de ser rogado también contra un ausente; pero si no se defendiera, dice que se ha de proceder contra sus bienes.

§ 15.—Este interdicto es perpétuo.

4. VENULEYO; *Interdictos, libro IV.*—Si alguno retuviera á un hombre libre que ignora su propio estado, es, no obstante, obligado á exhibirlo, si lo retuviera con dolo malo.

§ 1.—También dice Trebacio, que no está obligado el que de buena fe hubiere comprado como esclavo á un hombre libre, y lo retuviera.

§ 2.—En ningún tiempo debe ser retenido con dolo malo un hombre libre; de tal suerte, que algunos opinaron que no se ha de dar ni aun breve tiempo para exhibirlo, porque se debe responder de la pena del hecho pasado.

§ 3.—No le compete el interdicto á un acreedor para que sea exhibido el deudor; porque tampoco nadie es obligado á exhibir al deudor que se oculta, sino que se procede contra los bienes de éste en virtud del Edicto del Pretor.

### TÍTULO XXX [XXIX]

DE QUE SE EXHIBAN, Y TAMBIÉN DE QUE SE LLEVE UNO, LOS HIJOS

[Véase Cód. VIII. 8.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXI.*—Dice el Pretor: «Exhibe al que ó á la que está bajo »la potestad de Lucio Ticio, si él ó ella está entu poder, ó con dolo malo tuyo se hizo que no estuviese».

§ 1.—Propónese este interdicto contra aquel que uno desea que exhiba al que dice que está bajo su potestad. Y aparece de estas palabras, que este interdicto compete á aquel bajo cuya potestad está.

§ 2.—En este interdicto no admite el Pretor la causa por la cual el que debe ser exhibido esté en poder de aquél, como en el interdicto anterior; sino que estimó que en todo caso debe ser restituído, si está bajo potestad.

§ 3.—Mas si la que lo retiene fuera la madre, en cuyo poder, según decretó el Divino Pio, y se resolvió en rescripto por Marco y por Severo, debe permanecer á veces el hijo más bien que en poder del padre, por supuesto, por justísima causa, se le habrá de auxiliar igualmente con la excepción.

§ 4.—De igual modo, si se hubiere juzgado que

(3) *irrogandum, Vulg.*

eum in potestate, etsi per iniuriam iudicatum sit, agenti hoc interdicto obicienda erit exceptio rei, iudicatae, ne de hoc quaeratur, an sit in potestate, sed an sit iudicatum.

§ 5.—Si quis filiam suam, quae mihi nupta sit, velit abducere, vel exhiberi sibi desideret, an adversus interdictum exceptio danda sit, si forte pater concordans matrimonium, forte et liberis subnixum, velit dissolvere? Et certo iure utimur, ne bene concordantia matrimonia iure patriae potestatis turbentur; quod tamen sic erit adhibendum, ut patri persuadeatur, ne acerbe patriam potestatem exerceat;

2. HERMOGENIANUS (1) libro VI. *iuris Epitomarum*.—imo magis de uxore exhibenda ac ducenda pater etiam, qui filiam in potestate habet, a marito recte convenitur.

3. ULPIANUS libro LXXI. *ad Edictum*.—Deinde ait Praetor: SI LUCIUS TITUS IN POTESTATE LUCII TITII EST, QUO MINUS EUM LUCIO TITIO DUCERE LICEAT, VIM FIERI VETO.

§ 1.—Superiora interdicta exhibitoria sunt, hoc est, pertinent ad exhibitionem liberorum ceterorumque, de quibus supra diximus, hoc autem interdictum pertinet ad ductionem, ut ducere quis possit eos, in quos habet ius ductionis. Itaque prius interdictum, quod est de liberis exhibendis, preparatorium est huius interdicti; quo magis enim quis duci possit, exhibendus fuit.

§ 2.—Ex (2) iisdem causis hoc interdictum tribuendum est, ex quibus causis de exhibendis liberis competere diximus; itaque quaecunque ibi diximus, eadem hic quoque dicta accipienda sunt.

§ 3.—Hoc autem interdictum competit non adversus ipsum filium, quem quis ducere vult, sed utique esse debet is, qui eum interdicto defendat. Ceterum cessat interdictum, et succedere poterit notio Praetoris, ut apud eum disceptetur, utrum quis in potestate sit, an non sit.

§ 4.—Iulianus ait, quoties id interdictum movetur de filio ducendo, vel cognitio, et is, de quo agitur, impubes est, alias differri oportere rem in tempus pubertatis, alias repraesentari. Idque ex persona eorum, contra quos controversia erit, et ex genere causae constituendum est; nam si is, qui se patrem dicit, auctoritatis, prudentiae, fidei exploratae esset, usque in diem litis impuberem apud se habebit; is vero, qui controversiam facit, humilis, calumniator, notae nequitiae, repraesentanda cognitio est. Item si is, qui impuberem negat in aliena potestate esse, vir omnibus modis probatus, tutor vel testamento, vel a Praetore datus, pupillum, quem in diem litis apud se habuit, tuetur (3); is vero, qui patrem se dicit, suspectus est quasi calumniator, differri litem non oportebit. Si vero utraque persona suspecta est, aut tanquam infirma, aut tanquam turpis, non erit alienum, inquit, disponi, apud quem interim puer educetur (4), et controversiam in tempus pubertatis differri, ne per collusionem vel imperitiam alterutrius contenden-

do no estaba bajo potestad, aunque se haya juzgado con injusticia, se habrá de oponer al que ejercite este interdicto la excepción de cosa juzgada, á fin de que no se cuestione sobre si está bajo potestad, sino sobre si se haya juzgado.

§ 5.—Si alguno quisiera llevarse á su hija, que estaba casada conmigo, ó deseara que le sea exhibida, ¿se habrá de dar excepción contra el interdicto, si acaso el padre quisiera disolver el matrimonio que vive en armonía, y que quizá está afianzado con hijos? Y observamos ciertamente el derecho de que no se perturben con el derecho de patria potestad los matrimonios que viven en buena armonía; lo cual, sin embargo, se habrá de practicar de modo, que se le persuada al padre para que no ejerza duramente la patria potestad;

2. HERMOGENIANO; *Epítome del Derecho, libro VI*.—antes bien, también el padre que tiene bajo potestad á una hija es demandado derechamente por el marido, para que sea exhibida su mujer y él se la lleve.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXI*.—Después dice el Pretor: «Si Lucio Ticio está bajo la potestad de Lucio Ticio, vedo que se haga violencia para que á Lucio Ticio no le sea lícito llevárselo».

§ 1.—Los anteriores interdictos son exhibitorios, esto es, se refieren á la exhibición de los hijos y de los demás, de quienes hemos hablado arriba, pero este interdicto se refiere al acto de llevarse, para que uno pueda llevarse á aquéllos sobre los que tiene derecho para llevárselos. Y así, el anterior interdicto, que sirve para la exhibición de los hijos, es preparatorio de este interdicto; porque para que alguien pudiera ser más bien llevado, debió ser exhibido.

§ 2.—Se ha de conceder este interdicto por las mismas causas por las que hemos dicho que compete el de exhibición de los hijos; y así, todo lo que allí dijimos se ha de entender dicho también aquí.

§ 3.—Mas compete este interdicto no contra el mismo hijo, que uno quiere llevarse, sino que debe haber ciertamente quien lo defienda en el interdicto. De otra suerte, deja de tener lugar el interdicto, y podrá tener lugar el conocimiento del Pretor para que ante él se examine si uno está, ó no está, bajo potestad.

§ 4.—Dice Juliano, que cuando se promueve este interdicto para llevarse á un hijo, ó el conocimiento de la cuestión, y es impúbero aquel de quien se trata, en unos casos se debe diferir el negocio al tiempo de la pubertad, y en otros anticiparlo. Y esto se ha de determinar atendiendo á la persona de aquellos contra los que hubiere controversia, y á la naturaleza de la causa; porque si el que dice que es el padre fuese de autoridad, de prudencia y crédito reconocido, tendrá en su poder al impúbero hasta el término del juicio; mas si el que promueve la controversia es hombre de baja esfera, calumniador y de maldad reconocida, se ha de anticipar el conocimiento de la cuestión. Asimismo, si el que niega que el impúbero esté bajo la potestad de otro es hombre absolutamente probo, ó tutor nombrado ya en testamento, ya por el Pretor, ejercerá la tutela del pupilo, que tuvo en su poder hasta el término del juicio; mas si el que dice que él es el padre es sospechoso como calumniador, no convendrá que se difiera el litigio. Pero si son sos-

(1) Venuleius, *Hal.*

(2) *Taur.* según la escritura original; Et, inserta la corrección del códice *Fl.*, *Br.*

(3) quem apud se habuit, in diem litis tuetur, *Hal.*

(4) *Hal. Vulg.*; educetur, el códice *Fl.*

tium aut alienae potestati paterfamilias addicatur, aut filius alienus patrisfamiliae loco constituatur.

§ 5.—Etiam si maxime autem probet filium pater in sua potestate esse, tamen causa cognita mater in retinendo eo potior erit; idque Decretis Divi Pii quibusdam continetur; obtinuit enim mater ob nequitiam patris, ut sine deminutione patriae potestatis apud eam filius moretur.

§ 6.—In hoc interdicto, donec res iudicetur, feminam, praetextatum (1), eumque, qui proxime praetextati aetatem accedet, interim apud matremfamilias deponi Praetor iubet. Proxime aetatem praetextati accedere eum dicimus, qui puberem (2) aetatem nunc ingressus est. Quum audis matremfamilias, accipe notae auctoritatis feminam.

4. AFRICANUS libro IV. *Quaestionum*.—Si eum, qui se patremfamilias dicat, ego in mea potestate esse, et iussu meo adisse hereditatem dicam, tam de hereditate agi oportere, quam ad interdictum de filio ducendo iri debere ait.

5. VENULEIUS libro IV. *Interdictorum*.—Si filius sua sponte apud aliquem est, inutile hoc interdictum erit, quia filius magis apud se, quam apud eum est, in quem interdicetur, quum liberam facultatem abeundi vel remanendi haberet, nisi si inter duos, qui se patres dicerent, controversia esset, et alter ab altero exhiberi eum desideraret.

## TIT. XXXI [XXX]

## DE (3) UTRUBI

ULPIANUS libro LXXII. *ad Edictum*.—Praetor ait: UTRUBI HIC HOMO, QUO DE AGITUR, MAIORE PARTE HUIUSCE ANNI FUIT, QUO MINUS IS EUM DUCAT, VIM FIERI VETO.

§ 1.—Hoc interdictum de possessione rerum mobilium locum habet; sed obtinuit, vim eius exaequatam fuisse Uti possidetis interdicto, quod de rerum (4) soli competit, ut is et in hoc interdicto vincat, qui nec vi, nec clam, nec precario, dum super hoc ab adversario inquietatur, possessionem habet.

## TIT. XXXII [XXXI]

## DE MIGRANDO

1. ULPIANUS libro LXXIII. *ad Edictum*.—Praetor ait: SI IS HOMO, QUO DE AGITUR, NON EST EX HIS REBUS, DE QUIBUS INTER TE ET ACTOREM CONVENIT, UT, QUAE IN EAM HABITATIONEM, QUA DE AGITUR, INTRODUCTA, IMPORTATA, IBI NATA FACTAVE ESSENT, EA PIGNORIBI TIBI PRO MERCEDE EIUS HABITATIONIS ESSENT, SIVE

(1) feminam praetextatam, *Hal.*  
(2) impuberem (ó in puberem), *Hal.*

pechosas ambas personas ó por débiles ó por torpes, no será extraño, dice, que se disponga en poder de quién se haya de educar interinamente el impúbero, y que la controversia se difiera al tiempo de la pubertad, á fin de que por colusión ó por impericia de uno ú otro de los contendientes, nosea un padre de familia sujetado á la potestad de otro, ó sea constituido en calidad de padre de familia el que es hijo de otro.

§ 5.—Pero por más que el padre pruebe que el hijo está bajo su potestad, será, sin embargo, con conocimiento de causa, preferente la madre para retenerlo; y esto se contiene en algunos Decretos del Divino Pio; porque logró la madre, por causa de maldad del padre, que el hijo permaneciese en poder de ella sin disminución de la patria potestad.

§ 6.—En este interdicto manda el Pretor, que hasta que el negocio sea juzgado sean depositados interinamente en poder de la madre de familia el que viste la pretexto, y el que estuviere próximo á la edad de la pretexto. Decimos que está próximo á la edad de la pretexto, el que entonces entró en la edad de la pubertad. Y cuando oyes decir madre de familia, entiende mujer de notoria autoridad.

4. AFRICANO; *Cuestiones, libro IV.*—Si yo dijera que el que dice que es padre de familia está bajo mi potestad, y que adió una herencia por mandato mío, dice que se debe ejercitar la acción de herencia, así como que se debe recurrir al interdicto para que uno se lleve al hijo.

5. VENULEYO; *Interdictos, libro IV.*—Si el hijo está por su propia voluntad en poder de alguien, será inútil este interdicto, porque el hijo más bien está en poder de sí mismo que en poder de aquel contra quien se ejercita el interdicto, pues tendría libre facultad de marcharse y de permanecer, á no ser que hubiese controversia entre dos que dijese que ellos eran el padre, y uno deseara que por el otro fuese aquel exhibido.

## TÍTULO XXXI [XXX]

## DEL INTERDICTO «UTRUBI»

ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXII.*—Dice el Pretor: «Vedo que se haga violencia para que uno no se lleve al esclavo, de que se trata, allí donde estuvo la mayor parte de este año.»

§ 1.—Este interdicto tiene lugar para la posesión de las cosas muebles; pero prevaleció que su fuerza estuviese equiparada á la del interdicto *Uti possidetis*, que compete por los bienes raíces, de suerte que venza también en este interdicto el que, cuando sobre ello es molestado por su adversario, tiene la posesión ni con violencia, ni clandestinamente, ni en precario.

## TÍTULO XXXII [XXXI]

## DEL INTERDICTO PARA MUDAR DE HABITACIÓN

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXIII.*—Dice el Pretor: «Si el esclavo, de que se trata, no es de las cosas sobre las que entre tí y el actor se convino, que las que se introdujeron en la habitación, de que se trata, ó á ella se llevaron, ó en ella nació ó se hicieron las tuvie-

(3) DE, *omittela Hal.*  
(4) Súplase *possessione; rebus, Hal. Vulg.*

EX HIS REBUS ESSET (1) EA MERCES TIBI SOLUTA, EOVE NOMINE SATISFACTUM EST, AUT PER TE STAT, QUO MINUS SOLVATUR, ITA QUO MINUS EI, QUI EUM PIGNORIS NOMINE INDUXIT, INDE ABDUCERE LICEAT, VIM FIERI VETO.

§ 1.—Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare; nam colono non competit.

§ 2.—Cui rei etiam extra ordinem subveniri potest; ergo infrequens est hoc interdictum.

§ 3.—Si tamen gratuitam quis habitationem habeat, hoc interdictum utile ei competit.

§ 4.—Si pensio nondum debeatur, ait Labeo, interdictum hoc cessare, nisi paratus sit eam pensionem solvere. Proinde si semestrem solvit, semestris (2) debeatur, inutiliter interdicet, nisi solverit et sequentis semestris (3), ita tamen, si conventio specialis facta est in conductione domus, ut non liceat ante finitum annum, vel certum tempus migrare. Idem est, et si quis in plures annos conduxerit, et nondum praeterierit tempus; nam quum in universam conductionem pignora sunt obligata, consequens erit dicere, interdicto locum (non) fore, nisi liberata fuerint.

§ 5.—Illud notandum est, Praetorem hic non exegisse, ut in bonis fuerit conductoris, nec ut esset pignori res illata, sed si (4) pignoris nomine inducta sit. Proinde etsi aliena sint, et sint talia, quae pignoris nomine teneri non potuerint, pignoris tamen nomine inducta sint, interdicto huic (5) locus erit; quodsi nec pignoris nomine inducta sint, nec retineri poterunt (6) a locatore.

§ 6.—Hoc interdictum perpetuum est, et in successoribus, et (7) successoribus dabitur.

2. GAIUS libro XXVI. ad Edictum provinciale.—Hoc interdictum inquilino etiam de his rebus, quae non ipsius sint, sed forte commodatae ei vel locatae, vel apud eum depositae sunt, utile esse non dubitatur.

### TIT. XXXIII [XXXII]

#### DE SALVIANO INTERDICTO [Cf. Cod. VIII. 9.]

1. IULIANUS libro XLIX. Digestorum.—Si colonus ancillam in fundo (8) pignoris nomine duxerit (9), et eam vendiderit, quod apud emptorem ex ea natum est, eius apprehendendi gratia utile interdictum reddi oportet.

§ 1.—Si colonus res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, ita ut utriusque in solidum obligatae essent, singuli adversus extraneum Salviano interdicto recte experientur; inter ipsos vero si reddatur hoc interdictum, (10) possidentis conditio melior erit. At si id actum fuerit, ut pro partibus res obligaretur, utilis actio et adversus extraneos,

(1) ET, inserta Vulg.; EST ET EA. Hal.  
(2) Hal. Vulg.; sexmenstris, et códice Fl.  
(3) Hal. Vulg.; sexmenstris, et códice Fl.  
(4) ut por sí, Hal. Vulg.  
(5) Hal. Vulg.; hoc, et códice Fl.

»ses pignoradas por el alquiler de esta habitación, »ya si por tales cosas se te hubiese pagado el alquiler, ya si por tal título se te satisfizo, ó en tí consistiese que no se te pague, vedo que se le haga »violencia, al que lo introdujo á título de prenda, »para que no le sea lícito llevárselo de allí».

§ 1.—Propónese este interdicto á favor del inquilino, que, habiendo pagado el inquilinero, quiere marcharse de la casa; porque no le compete al colono.

§ 2.—A lo que se puede proveer también extraordinariamente; por lo cual no es frecuente este interdicto.

§ 3.—Mas si alguien tuviera habitación gratuita, le competirá este interdicto útil.

§ 4.—Si aun no se debiera el alquiler, dice Labeo, que deja de tener lugar este interdicto, á no ser que estuviera dispuesto á pagar esta pensión. Por consiguiente, si pagó un semestre, y se debiera un semestre, inútilmente interpondrá el interdicto, si no pagare también el siguiente semestre, pero de suerte que, si para el arrendamiento de la casa se hizo una convención especial, no sea lícito marcharse de ella antes de finido el año, ó cierto tiempo. Lo mismo es, también si alguno la hubiere tomado en arrendamiento por muchos años, y aun no hubiere transcurrido el tiempo; porque estando obligadas las prendas por todo el arrendamiento, será consiguiente decir que no habrá de tener lugar el interdicto, sino si hubieren quedado libres.

§ 5.—Se ha de notar, que el Pretor no exigió aquí que la cosa introducida esté en los bienes del arrendatario, ni que esté dada en prenda, sino que haya sido introducida á título de prenda. Por consiguiente, aunque sean ajenas, y fueran tales que no pudieren ser tenidas á título de prenda, pero fueron introducidas á título de prenda, habrá lugar á este interdicto; pero si no fueron introducidas á título de prenda, tampoco podrán ser retenidas por el arrendador.

§ 6.—Este interdicto es perpetuo, y se dará contra los sucesores, y á los sucesores.

2. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro XXVI.—No se duda que este interdicto es útil al inquilino también respecto á las cosas que no sean de él mismo, sino que acaso se le dieron en comodato ó en arrendamiento, ó que se depositaron en su poder.

### TÍTULO XXXIII [XXXII]

#### DEL INTERDICTO SALVIANO [Véase Cód. VIII. 9.]

1. JULIANO; Digesto, libro XLIX.—Si el colono hubiere llevado á título de prenda una esclava al fundo, y la hubiere vendido, conviene que se dé el interdicto útil para apoderarse de lo que de ella nació en poder del comprador.

§ 1.—Si el colono hubiere introducido á título de prenda cosas en un fundo de dos, de modo que estuviesen obligadas solidariamente á favor de los dos, cada uno ejercitará derechamente el interdicto Salviano contra el extraño; mas si entre los mismos se diera este interdicto, será mejor la condición del que posea. Pero si se hubiere contratado que la cosa

(8) El códice citado por Br.; poterint, et códice Fl.  
(9) et, considérase añadida por antiguos copistas.  
(8) fundum, Vulg.  
(9) induxerit, Hal. Vulg.  
(10) propter parem scilicet causam, inserta Vulg.